N.° Inv.
728.

~~728~~

Aristotelis aliqua
opuscula.

DDL
18.

Circa initium de anima movetur questio talis utrum [illegible]

[illegible]

Scientia potest accipi tripliciter. Primo large [illegible]

[illegible]

[illegible] Iuxta [illegible]

Nota [illegible]

[illegible]

affirmative [illegible]

[illegible]

Isagoge porphyrii in cathegorias aristotelis [illegible]

[illegible]

[illegible]

Considerandum autem est

[illegible]

[illegible] voluntate dependent effective ab intellectu [illegible] qui agit voluntate in rebus [illegible] et dependent ab [illegible]

[illegible]

Vniversale magis est [illegible]

[illegible]

Formandum autem

[illegible]

[illegible]

Porphirius de quinque vocibus alias vetus ars

7218

Cum sit necessarium Grisarori et ad eam que
est apud Aristotilem predicamentorum doctrinam nosse
quid sit genus, quid species, quid differentia,
quid proprium, quid accidens, et ad dif-
finitionum assignationem et omnino ad ea
que in divisione vel demonstratione
sunt utilia, istarum rerum speculacionem
compendiosam tibi tradens temptabo breviter velut in
introductionis modo ea que ab antiquis dicta sunt aggredi. Altiori-
bus quidem questionibus abstinens, simpliciores vero mediocriter coniectans.
Mox de generibus et speciebus illud quidem sive subsistunt sive in solis
nudis purisque intellectibus posita sunt, sive subsistentia corporalia sint an in-
corporalia, et utrum separata a sensibilibus an in sensibilibus posita sint et
circa ea constantia dicere recusabo. Altissimum enim est huiusmodi negocium
et maioris egens inquisitionis. Illud vero quemadmodum de hiis ac de propositis
probabiliter antiqui tractaverunt et horum maxime Peripatetici tibi nunc temptabo

Videtur autem neque genus neque species simpliciter dici. Genus enim
dicitur aliquorum quodammodo se habentium ad unum aliquid et
ad se invicem collectio, secundum quam significationem Romanorum dici-
tur genus ab unius scilicet habitudine. Dicitur autem Romuli. Se ha-
bentium aliquid ad se invicem, ad eam que ab illo est cognationem secundum di-
visionem ab aliis generibus dicte. Dicitur autem et aliter rursus genus
quod est uniuscuiusque generationis principium vel ab eo qui genuit vel
a loco in quo aliquis genitus est. Sic enim Orestem dicimus quidem a Tan-
talo genus habere, Yllum autem ab Hercule, et rursus quidem Pindarum Thebanum
esse genere, Platonem vero Atheniensem. Est enim patria principium uniuscuiusque genera-
tionis quemadmodum et pater. Hec autem promptissima videtur significatio generis.
Romani enim sunt qui descenderunt a genere Romuli. Cecropes
quidem de genere descenderunt Cecropis et eorum proximi et primus quidem

[illegible]

[illegible] quasi a capite [illegible] ... conceptus [illegible]

[illegible] ... et constitutus in quo ...

[illegible] in loco [illegible] ... et in alio vel loco plantato arborum ...

[illegible]

appellatum est genus Heraclidarum. De hoc enim multitudine
eorum qui sunt ab uno principio ut a Romulo. Namque dicunt
ab illis sepultis discernentes omnem aliam collectionem esse Romanorum genus.
Aliter autem rursus genus dicitur cui supponitur species, ad horum fortasse
similitudinem dictum. Est etenim principium quoddam huiusmodi genus eorum que
sub ipso sunt specierum. Videtur etiam multitudinem continere omnem que
sub eo sunt. Cum igitur tripliciter genus dicatur de tertio apud
philosophos sermo est. Quod etiam philosophi describentes assignaverunt genus esse dicentes
quod de pluribus differentibus specie in eo quod quid est predicatur, ut animal. De hiis
eorum enim que predicantur alia quidem de uno solo dicuntur sicut individua,
ut Sortes et hic et hec et hoc. Alia vero de pluribus quemadmodum genera et species
et differentie et propria et accidentia communiter sed non proprie alicui. Est autem genus
quidem ut animal, species vero ut homo, differentia ut rationale, proprium ut risibile, accidens ut
album nigrum sedere. Ab hiis autem que de uno solo predicantur differunt genera eo quod
de pluribus predicantur assignata. Ab hiis autem que de pluribus predicantur differunt genera
ut a speciebus quidem, quoniam et species de pluribus predicantur, non tamen differentibus specie sed
solum numero. Homo enim cum sit species de Sorte et Platone predicatur, qui non specie
a se invicem differunt sed numero. Animal vero cum sit genus de homine et bove et equo
predicatur, que differunt a se invicem specie et non solo numero. A proprio vero differt genus
quoniam proprium de una sola specie cuius est proprium predicatur et de hiis que sub
una specie sunt individuis, quemadmodum risibile de homine solo et de particularibus
hominibus predicatur. Genus autem non de una sola specie predicatur sed de multis et
differentibus speciebus, ut homo est animal, vacca est animal. A differentia vero differt genus et ab
hiis que communia sunt accidentibus, quoniam etsi de pluribus et differentibus specie
predicantur differentie et communiter accidentia, non tamen in eo quod quid sit predicantur sed
in eo quod quale. Interrogantibus enim nobis de quo predicantur hec accidentia et differentie
non in eo quod quid dicimus predicari, sed magis in eo quod quale sit. Interrogati
enim quale est homo, rationale, et in eo quod quale corvus, dicimus nigrum.
Est autem rationale quidem differentia, nigrum vero accidens. Cum autem interrogamur
quid est homo, respondemus animal. Est autem genus hominis animal. Quare de pluribus

[illegible]

[illegible]

Predicatum dividit genus ab hiis que de uno solo predicantur eorum que sunt individua.
De differentibus vero specie separatur genus ab hiis que sunt sicut species predicantur
vel sicut propria. In eo autem quod quid sit predicari genus dividit a differentiis et
communiter ab accidentibus que non predicantur in eo quod quid sit sed in eo quod quale
est aut quomodo se habet predicantur. Nichil ergo superfluum neque minus continet generis dicta descriptio.

Species autem est unicuiusque rei disposita forma secundum quam dictum est
Priami species digna est imperio. Dicitur autem species alia que est
vel sub assignato genere secundum quam solemus dicere hominem quidem speciem
esse ad aliquid cum sit genus hominis animal, album autem coloris speciem, triangulum
vero figure speciem. Quod si et genus assignantes speciei meminimus
esse dicentes genus quod de pluribus differentibus specie in eo quod quid sit
predicatur et speciem dicimus illud quod sub assignato genere est.
Nosse autem oportet quoniam genus alicuius est genus et species alicuius est species utrumque
utriusque, ideo est in utrisque rationibus utrisque uti. Assignant ergo alii sic speciem: Species
est que sub genere ponitur et de qua genus in eo quod quid sit predicatur.
Amplius autem sic species est que de pluribus et differentibus numero in eo
quod quid sit. Sed hec quidem assignatio specialissime est et que solum species
est, alie vero erunt et non specialissimarum scilicet subalternarum. Planum autem erit
quod dicitur hoc modo. In unoquoque predicamento sunt quedam generalissima et rursus alia
specialissima et inter generalissima et specialissima sunt alia intermedia. Est autem genus
generalissimum quidem supra quod nullum aliud sit superveniens genus. Specialissimum
autem est homo quo non erit alia inferior species. Inter generalissimum autem et
specialissimum alia que et genera et species sunt eadem ad aliud quidem et ad aliud sumpta. Sit
autem in uno predicamento manifestum quod dicitur. Substantia est quidem et ipsa est genus.
Sub hac autem corpus, sub corpore vero animatum corpus, sub quo animal, sub animali
rationale animal, sub quo homo, sub homine Socrates et Plato et qui sunt particulares homines.
Sed horum quidem substantia generalissimum est et quod solum est genus, homo vero specialissimum
et quod solum species sit. Corpus vero substantie species, genus vero animati corporis, et
animatum corpus species quidem corporis, genus vero animalis, animal vero species corporis
animati, genus vero rationalis animalis. Rationale autem species quidem animalis, genus vero hominis ...

quidem aliis talis. Non est autem genus plurium hominum sed solum species.
Et quod ante individuum statim proximum est solum species erit non etiam
genus. Quemadmodum ergo cum substantia supremum sit eo quod nulla genus sit supra
eam genus generalissimum, sic et homo cum sit species post quam non sit alia inferior species
neque aliud eorum que possunt dividi sed sola individua. Individuum enim
est Socrates et Plato. Species erit sola et ultima species et ut diximus specialissima.
Que vero sunt in medio eorum quidem que supra sunt ipsa erunt species
eorum autem que sunt post ipsa erunt genera. Quare hec quidem duas habent
habitudines unam quidem que est ad superiora secundum quam habitudinem eorum
species dicuntur, alteram que est ad posteriora secundum quam genera ipsorum esse
dicuntur. Extrema vero unam habent habitudinem. Nam et generalissimum quidem ad ea
que posteriora sunt habet habitudinem cum sit genus omnium, eam vero que supra
est non habet cum sit supremum et primum principium.
Specialissimum autem unam habet habitudinem eam que est ad superiora
quorum est species, eam vero que est ad inferiora non habet diversam, sed et species
dicitur individuorum velut ea continens, species autem superiorum velut ea
que ab eis continentur. Determinant autem generalissimum ita quod cum sit genus non est
species, et rursus supra quod non est aliud superveniens genus. Specialissimum
vero quod cum sit species non est genus, et cum sit species non dividimus in species,
et quod de pluribus et differentibus numero in eo quod quid sit praedicatur. Ea vero que
sunt in medio extremorum subalterna vocantur genera et species et unum-
quodque eorum genus et species ponitur ad aliud quidem et ad aliud sumpta.
Ea enim que sunt ante specialissima usque ad generalissimum ascendentia genera dicuntur
et species subalterna, ut Agamemnon Atrides Pelopides et Tanta-
lides et usque ad ultimum Iovis. Sed in familiis quidem plerumque ad unum
reducuntur principium verbi gratia ad Iovem. In generibus autem et speciebus non se sic habet.
Neque enim est genus unum commune omnium ens nec omnia eiusdem generis sunt
secundum supremum unum genus quemadmodum Aristoteles dicit, sed sint posita que-
admodum in Predicamentis dictum est decem genera prima quasi decem prima principia.
Vel si omnia quis entia vocet equivoce inquit nuncupabit non univoce

[illegible]

Si enim quae unum genus esset omnium, omnia univoce entia dicerentur. Cum vero
decem prima sint genera, secundum nomen est unum, non autem secundum diffi-
nitionem quae secundum nomen est. Decem quidem generalissima sunt. Specialissima
vero in quodam numero sunt, non tamen infinito. Individua vero quae sunt
post specialissima infinita. Quapropter usque ad specialissima a generalissimis descendentem
iubet Plato quiescere. Descendere autem per media dividentem specificis differentiis. In-
finita autem relinquenda sunt, neque enim horum fieri posse disciplinam. Descen-
dentibus igitur ad specialissima necesse est per divisionem multitudinem ire, ascendentibus vero ad
generalissima necesse est colligere multitudinem. Collectivum enim multorum in unam naturam species est
et magis illud quod genus est. Particularia vero et singularia e contrario semper in multitudinem
dividunt illud quod unum est. Participatione enim speciei plures homines sunt
unus homo, particularibus autem unus homo et communis plures. Divisivum enim
semper quod singulare est, collectivum autem et adunativum quod commune est. Assignato
autem genere et specie quid utrumque, unoque genere, speciebus vero pluribus. Semper
enim in plures species divisio generis est. Genus quidem semper de specie praedicatur, et omnia
superiora de inferioribus; neque enim convertitur species aut de proximo genere
neque de superioribus; neque enim convertitur. Oportet autem aut aequa de aequis praedicari,
ut hinnibile de equo, aut maiora de minoribus, ut animal de homine, minora vero
de maioribus minime. Neque enim animal dices hominem, quemadmodum dices hominem
esse animal. De quibus autem species praedicatur, de his necessario et genus speciei praedicabitur
et generis genus usque ad generalissimum. Si enim verum est Socratem hominem dicere,
hominem autem animal, animal autem substantiam, verum est Socratem et animal dicere atque substantiam.
Semper enim superiora de inferioribus praedicantur, et species quidem de individuis,
generalissimum autem de genere et generibus, si plura sunt media et subalterna, et de specie
et de individuo. Genus autem et de specie et de individuis. Dici-
tur autem generalissimum quidem de generibus omnibus sub se positis et speciebus et gene-
ribus et individuis. Genus autem quod ante speciem est et de omnibus specia-
lissimis et individuis praedicatur. Solum autem species de individuis omnibus,
individuum autem de uno solo particulari dicitur, ut hic et hoc et hoc. Individu-
um enim dicitur Socrates, hoc album, et hic veniens Sophronisci filius.

[illegible]

De differentia

si solum sit ei Socrates subiectum. individua ergo dicuntur huiusmodi quoniam ex proprietatibus consistit unumquodque eorum quarum collectio numquam in quolibet alio eadem erit. proprietates enim Socratis numquam in alio quolibet particularium erunt. hee vero proprietates que sunt hominis dico autem eius qui est communis proprietatis eedem erunt in pluribus magis autem in omnibus particularibus hominibus in eo quod homines sunt. Continetur ergo individuum quidem sub specie, species vero sub genere. totum enim quoddam est genus, individuum autem pars. species vero totum et pars est, sed pars quidem alterius est, totum autem non alterius sed aliis. in partibus enim totum est. De genere quidem et specie et quid sit genus et quid species et que genera unum sunt et species et individua, et quod multipliciter genus et species dicantur sufficienter dictum est.

Differentia vero communiter et proprie et magis proprie dicitur. Communiter quidem differre dicitur alterum ab altero quod alteritate quadam differt quocumque modo vel a se ipso vel ab alio. differt enim Socrates a Platone alteritate quadam et ipse a se vel puero vel iam viro vel iam faciente aliquid vel iam quiescente vel semper in habendo se in aliquo modo alteritatis. Proprie autem quando differre alterum ab altero dicitur cum inseparabili accidente alterum ab altero differt. inseparabile vero accidens est ut nasi curvitas, cesitas oculorum, aut cicatrix vulnere durata. Magis proprie alterum ab altero differre dicitur quando specifica differentia distat, quemadmodum homo differt ab equo specifica differentia rationali qualitate. Universaliter ergo omnis differentia facit alteratum alicui sed illa adveniens que est communiter et proprie alteratum facit, illa autem que est magis proprie aliud facit. Differentiarum enim alie quidem alteratum faciunt, alie vero aliud. Ille quidem que faciunt aliud specifice vocantur, ille vero que alteratum faciunt simpliciter differentie appellantur. animali enim adveniens differentia rationalis aliud facit et speciem animalis. illa vero que est movendi alteratum solum a quiescente facit, quare hec quidem aliud, illa vero alteratum solum faciunt. Secundum igitur que aliud faciunt divisiones fiunt a generibus in species et diffinitiones assignantur que sunt ex genere et huiusmodi differentiis. Secundum autem eas que solum alteratum faciunt sola alteritas consistit et aliquo

se habendi ad permutationes a superioribus et universaliter inchoandum differ
entiarum aliae quidem separabiles aliae inseparabiles. Moveri enim et quiescere
et sanum esse et aegrum et quaecumque his proxima sunt separabilia sunt. At vero
aquilum esse vel simum vel rationale vel irrationale inseparabilia sunt. Inseparabilium
autem aliae quidem sunt per se, aliae per accidens. Nam rationale per se inest homini et mortale
et disciplinae esse perceptibile; at vero aquilum esse vel simum secundum accidens est
et non per se. Illae igitur quae per se insunt in substantiae ratione accipiuntur et faciunt
aliud, illae vero quae secundum accidens nec in substantiae ratione dicuntur nec faciunt
aliud sed alteratum. Et illae quidem quae per se sunt non suscipiunt
magis et minus, illae vero quae per accidens etsi inseparabiles sunt inten
sionem suscipiunt et remissionem. Nam neque genus magis et
minus praedicatur de eo cuius fuerit genus, neque generis differentiae secundum quas dividi
tur. Ipsae enim sunt quae uniuscuiusque rationem complent. Esse autem uniuscuiusque est
unum et idem, neque intentionem neque remissionem suscipiens; est ut aquilum
esse vel simum vel coloratum aliquid et intenditur et remittitur. Cum
ergo tres species differentiae considerentur, et cum hae quidem separabiles sint, illae
vero inseparabiles, et rursus inseparabilium illae quidem per se sint, illae
vero per accidens, rursus earum quae per se sunt differentiarum aliae sunt secundum quas
dividimus genera in species, aliae vero secundum quas ea quae divisa sunt specificantur.
Ut cum per se omnes huiusmodi differentiae animalis sint, animati et sensibilis et insensibilis,
rationale et irrationale, mortale et immortale, ea quidem quae est animati et sensibilis atque
animati constitutiva est substantiae animalis; est enim animal substantia animata sensibilis.
Ea vero quae est mortalis et immortalis differentia, rationalis et irrationalis, divisivae
sunt animalis differentiae; per eas enim genera dividimus in species. Sed hae quae divi
sivae sunt generum completivae fiunt et constitutivae specierum. Dividitur enim animal rationali
et irrationali differentia, et rursus mortali et immortali differentia. Sed ea quae est rationalis
differentia et mortalis constitutivae fiunt hominis, rationalis vero et immortalis dei.
Illae vero quae sunt irrationalis et mortalis constitutivae sunt irrationabilium animalium.
Sic autem et supremae substantiae cum divisivae sint animati et inanimati differen
tia, sensibilis et insensibilis, animati et sensibile congregata ad substantiam perficiunt

Omnes ergo hee differencie eodem aliquo quidem accepte sunt constitutive specierum,
alio autem modo divisive generum, specifice autem omnes vocantur. Et hiis maxime
opus est ad divisiones generum et diffiniciones specierum. Sed non hiis que
secundum accidens inseparabiles sunt nec magis hiis que sunt separabiles.
Quas et philosophi determinantes dicunt: Differencia est qua habundat species
a genere. Homo enim ab animali plus habet racionale et mortale. Animal autem per se ipsum
nichil horum habet. Nam unde haberent species differencias? Neque enim omnes
oppositas habet, nam idem simul habebit opposita. Sed quemadmodum pro-
bant philosophi, potestate quidem omnes habet sub se differencias, actu vero nullam. Atque neque
ex hiis que non sunt aliquid fit neque opposita circa idem simul erunt. Aliter
diffiniunt autem eam hoc modo: Differencia est quod predicatur de pluribus differentibus
specie in eo quod quale sit. Racionale enim et mortale de homine predicatur in eo
quod quale est homo dicitur, sed non in eo quod quid est. Quid enim est homo interro-
gantibus nobis convenienter assignabimus est animal, quale autem animal interrogantibus
quoniam racionale et mortale est convenienter assignamus. Rebus enim ex materia et forma
constantibus vel ad similitudinem et ad proporcionem materie et forme
constitucionem habentibus, quemadmodum statua ex materia est corporea eris et ex
forma vero figura eius, sic et homo communis et specialis ex materia quidem simili
proporcione que consistit ex genere, ex forma autem differencia. Totum autem hoc animal racionale
mortale homo est, quemadmodum illic est statua et figura. Describunt autem
huiusmodi differencias hoc modo: Differencia est quod aptum natum est dividere ea que sub
eodem genere sunt posita. Racionale enim et irracionale hominem et equum que sub
eodem sunt genere quod est animal dividit. Assignant autem eam hoc modo: Differencia
est qua differunt a se singula. Nam secundum genus res non differunt. Ani-
malia enim nos et irracionabilia, sed additum racionale separat nos ab illis.
Racionales enim sumus et nos ut dii, sed mortale appositum distinguit
nos ab illis. Subtilius autem pertractantes et speculantes de differencia dicunt non
quodlibet eorum dividendum que sub eodem sunt genere differenciam, sed illud quod
ad esse conducit et quod est pars eius quod est esse rei vel per se est. Neque
enim quod aptum natum est navigare erit hominis differencia, etsi proprium sit hominis

dicimus enim aliquid habere quod apta sunt ad navigandum, illa vero
minime. Dividitur autem ab aliis. Sed aptum natum esse ad navigandum
non erit completum species nec eius pars, sed aptitudo quaedam. Ideo quia
non talis dici est qualis est quae specierum. Velut ergo spe-
cifice dicitur quaecumque alterum faciunt specie et quaecumque in eo quod quale est.

Proprium vero quadrifariam // accipiunt et dividunt ita quod sufficiat.
Dividunt. Nam et illud quod soli alicui speciei accidit et non omni,
ut homini mederi vel geometrem esse; et quod omni
accidit et non soli, quemadmodum homini esse bipedem; et quod omni et
soli et aliquando accidit, ut homini in senectute canescere; et quod soli
et omni et semper accidit, quemadmodum homini risibile. Nam etsi non rideat semper,
sed quod aptus natus sit ad ridendum, hoc autem semper ei est connaturale. Hoc est et equi hinnibile.
Haec autem proprie propria dicunt, quoniam et convertuntur: quicquid enim equus est,
hinnibile est, et quicquid hinnibile est equus est; et quicquid homo est,
risibile est, et quicquid risibile est homo est.

Accidens est quod adest et abest praeter subiecti corruptionem.
Dividitur autem in duo, in separabile et in inseparabile. Namque dormire est
separabile accidens; nigrum vero esse inseparabiliter corvo et Aethiopi accidit.
Potest autem subintelligi corvus et albus et Aethiops amittens colorem praeter
subiecti corruptionem. Definitur autem sic quoque: accidens est quod contingit eidem inesse
et non inesse; vel accidens est quod neque genus est neque differentia neque species neque
proprium, semper autem est in subiecto subsistens. Omnibus igitur determinatis quae
proposita sunt, dico autem de genere, specie, differentia, proprio et accidente, dicendum
est de his quae eis communia sunt et quae propria etc.

Tractatus secundus

Commune est quidem omnibus de pluribus praedicari. Sed genus quidem
de speciebus et individuis, et differentia similiter. Species vero
de his quae sub ipsa sunt individuis. Proprium vero et de spe-
cie cuius est proprium et de his quae sub ipsa sunt individuis.

differentias autem de speciebus et individuis. Nam et de equis et de bobus
et ceteris predicatur que sunt species, et de hoc equo et de hoc bove qui sunt individua.
Irrationale vero de equis et bobus et de singulis qui particulares sunt predicatur.
Species autem ut homo solum de singulis qui particulares sunt predicatur. Proprium autem quod est risibile
de homine et de singulis qui sunt particulares predicatur. Niger autem et de specie corvorum
et de singulis qui sunt particulares predicatur, quod est accidens inseparabile, et moveri
de homine et de equo quod est accidens separabile. Sed principaliter quidem de individuis,
secundo vero loco de his que continent individua speciebus. Co-
mmune autem est generi et differentie continentia specierum; continet enim differentia species et si
non omnes quas genera. Rationale enim etsi non continet ea que sunt irrationalia ut genus
quemadmodum animal, sed continet hominem et deum que sunt species. Et quecumque predicantur
de genere ut genus et de his que sub ipso sunt speciebus predicantur, et quecumque
de differentia predicantur ut differentia et de ipsa que est sub ipsa specie predicabuntur. Nam
cum genus sit animal non solum de eo predicatur ut genus substantia et animatum, sed etiam
de his que sub animali sunt speciebus omnibus predicantur et usque ad individua.
Cumque sit differentia rationale predicatur de ea ut differentia id quod est ratione uti, non
solum autem de eo quod rationale est, sed et de his que sunt sub ipso speciebus
predicatur id quod est de ratione uti. Commune autem est ut perempto genere et differentia
perimuntur ea que sub ipsis sunt; quemadmodum si non sit animal, non est equus neque
homo, ita si non est rationale, nullum erit animal quod utatur ratione etc.

Proprium autem est generis de pluribus predicari quam differentia et species et propri-
um et accidens. Animal enim de homine et equo et de serpente predicatur, quadrupes
vero de solis quattuor pedes habentibus, homo vero de solis individuis,
et hinnibile de equo et de singulis qui sunt particulares, et accidens similiter de paucioribus.
Oportet autem differentias accipere quibus dividitur genus, non autem eas que complent
substantiam generis. Amplius genus continet differentias potestate. Differentia vero actu genus
quod ut homo est rationale est, illud vero irrationale. Amplius autem genera sunt
priora his que sub se posita sunt differentiis, propter quod simul quidem
eas auferunt, non tamen simul auferuntur; sublato enim animali aufertur rationale et ir-
rationale. Differentie vero non auferunt genus. Nam si omnes differentie interimantur tamen subsistat

dicata speciebus subintelligi potest quae est animal. Amplius vero genus
in eo quod quid est praedicatur, differentia vero in eo quod quale quemadmodum dictum est prius.
Amplius genus quidem unum est secundum unamquamque speciem ut hominis illud
quod est animal, differentiae vero plurimae ut rationale mortale mentis et disciplinae
perceptibile quibus ab aliis animalibus differt. Et species et genus quidem consimile
materiae, formae vero differentia. Cum autem sint et alia communia generis et differentiae et differentiae
propria, sufficiant haec.

Genus quidem et species commune habent de pluribus praedicari quemadmodum dictum est prius. Sumatur enim species ut species et non
ut genus, si fuerit idem species et genus. Commune autem his est priora esse
his de quibus praedicantur et totum quiddam esse utrumque. Differt autem genus et species in eo quod genus
quidem continet species, species vero continentur et non continent genera. In pluribus enim
autem genus quam species est. Amplius praeiacere oportet et constituta specificis differentiis
perficere species. Unde et priora sunt natura genera et simul interimentia, non quod simul interi-
muntur. Et species cum sit, genus est, genus vero cum sit, non omnino erit
species. Et genera quidem univoce praedicantur, species vero de generibus minime. Amplius
quidem genera abundant eorum quae sub ipsis sunt specierum continentia. Species vero
a generibus abundant propriis et differentiis. Amplius neque genera ... neque genus

Genus autem et proprium commune quidem est sequi specialissimum fiat
species. Nam si homo est, animal est, et si homo est, risibile est. Et aequaliter enim genus praedicatur
de speciebus et proprium de his quae eo participant. Aequaliter enim homo et bos
animal, et Plato et Cicero risibiles. Commune autem est de his univoce et genus praedicari
de pluribus propriis speciebus, proprium autem de his quorum est proprium. Differt autem genus
a proprio quoniam genus quidem prius prius est, proprium vero posterius. Oportet autem prius esse genus, deinde
dividi differentiis et propriis. Et quod genus de pluribus speciebus praedicatur, proprium
vero de una sola cuius est proprium. Et proprium quidem conversim praedicatur de eo cuius
est proprium, genus vero de nullo conversim praedicatur. Nam neque si animal est, homo est, neque si
animal est, risibile est. Si vero homo est, risibile est et e converso. Amplius autem cum proprium insit
speciei omni cuius est proprium et soli et semper, genus vero omni speciei inest cuius est genus et semper, non autem
soli. Amplius autem species interemptae non simul genera interimunt, propria vero interempta simul
interimunt ea quorum sunt propria, et his quorum sunt propria interemptis et ipsa simul interimuntur et

Ĝnis vo et accñtis cõe est de pluribȝ quemadmodũ dictũ ē pdi
sive separabiliũ accñs sit sive inseparabiliũ etenim moueri de
pluribus et nigrũ de coruis et oĩbus ethiopibus et aliquibus
inaĩatis / ꝓpriũ ṽo dt ab accñte ĝn9 · qm̃ gen9 an̄ spēs ē / accñtia vero
posteriora sunt nã si inseparabile accñs sumat̃ tñ prius illud cui ac-
cidit est qȝ sit accñs · et gña quidē que pticipãt equaliť pticipãt
accñtia vero nõ equaliť · Intensioz et remissioz suscipit accñtium pticipatio
gñm vero minime · Et accñtia vo quidẽ in indiuiduis pn̄ subsist̃ et in
diuiduis sūt ꝓpriora · ĝña vo et spēs naťa sūt priora indiuiduis
sbis sūt · gña quidẽ in eo qđ quid est pdicant̃ de hijs que sub ipis sunt
accñtia vo in eo qđ quale sit aliquid uel quo se hȝ vnumqdqȝ / qualis
enim est ethiops interrogatus dicet qm̃ niger et quo se hȝ sortes · dicit
qm̃ sedet uel ambulat · Genus uo quo de alijs differt dictũ est · Comu-
nia ṽo vnũ differe ab alijs iiijor dictũ est · et cũ vnũqdqȝ sit vnumqdqȝ eorũ ab
alijs dri · qualiťcūqȝ viginti fiũt oēs drẽ · Sȝ posterioribȝ semꝑ et
hijs quidẽ dña vna supat̃ · ꝓpterea qm̃ iã sũpta est · ternis uo dualiȝ
ĩtis at ꝫbus · Sinť uo eor̃ drẽ · fiũt oēs fiũt eor̃ ꝫes ꝫ vna · gen9
vero a spē dña ꝓprio ꝫ accñte · eor̃ g sūt oēs · dña uo quidẽ dt a gñe
dictũ est · qm̃ quo dt gen9 ab ea dicebat̃ · Reliqut̃ g quo dt dña a
proprio et a spē et accñte dicitur et fiũt tres · Rursum quidem spēs quo
dt a dña dictũ est · quo at spēs dt a dña dicebat̃ · eo aũt spēs dt a gñe
dictũ est · qm̃ quo dt gen9 a spē dicebat̃ · Relinquit g ut quo dt spēs
a ꝓprio et accñte dicat̃ · Due g iste drẽ sunt ꝓpria at quo dt ab acci-
dente dicet̃ relinquit̃ · Nam quo dt a spē dña et a gñe dictũ ē in
illorũ ad ipm̃ drẽnis · eor̃ g sũpt̃ gñis ad alia drẽns ꝫbus uero
dña dualiȝ at spēz vna uo ꝓprij ad accñs · drẽ erũt oēs quarum
quatuor erũt generis que relinquũt̃ supius declarauim9 et demonstrauim9
Comune ergo est drẽ et spēi equaliť pticipari · hoc enim equaliť
pticipat ptm̃ hõs · hõ dña · Comune uo est et drẽ ꝓp ad eã
que eor̃ pticipat · ꝓp enĩ sortes rõlis est et ꝓp hõ ē · ꝓprio at drẽ est

In eo quod quale sit praedicatur, species vero in eo quod quid est. Illa etsi homo velut
qualitas accipiatur, non sit simpliciter erit qualitas, sed secundum illud quod genus
adveniens est et differentia eam constituerit. Amplius quod differentia in plu-
ribus speciebus consideratur, quemadmodum quadrupes in pluribus animali-
bus specie differentibus, species vero de solis his quae sub ipsa sunt individuis. Am-
plius differentia prior est ab ea specie quae secundum ipsam est; sublatum enim rationale sub-
latum interimit hominem, homo autem interemptus non aufert rationale cum sit
deus. Amplius differentia quidem componitur cum alia differentia; rationale enim et mortale com-
posita sunt in substantia hominis. Species vero speciei non componitur ut generet ali-
quam speciem aliam; quaedam enim equa cuidam asino permiscetur ad muli
generationem, equus autem simpliciter asino [illegible] mulum perficient.
Differentia vero et proprium commune quidem habent aequaliter participari de his
quae eorum participant; aequaliter enim rationabilia et risibilia sunt. Et semper
et omni adesse est commune utrisque; si enim curtetur id quod est bipes, semper
non privatur; sed ad id quod natum est dicitur semper, nam et risibile ad id quod
natum est semper dicitur, sed non in eo quod semper rideat etc. Sequitur.
Proprium autem differentiae est quod de pluribus saepe dicitur, ut rationale de homine et de deo,
proprium vero de una sola specie cuius est proprium. Et differentia quidem illis consequens est quorum
est differentia, sed non convertitur; propria vero conversim praedicantur de his quorum sunt propria,
ideo quoniam convertuntur. Differentiae vero et accidenti commune est de pluribus praedicari. Commune
est autem ab ea quae sunt inseparabilia accidentia sunt et omnibus adesse; bipes enim
semper adest omnibus hominibus et nigredo corvis. Differunt autem quoniam differentia
quidem differentia continet et non continetur; continet enim rationalitas hominem, accidentia vero quo-
dammodo continent eo quod in pluribus sunt, quodammodo vero continentur eo quod unius accidentis
susceptibilia non sunt subiecta sed plurium. Et differentia quidem inintensibilis et inremis-
sibilis est, accidentia vero magis et minus suscipiunt. Et inpermixtae sunt quidem contrariae
differentiae, mixta vero differentia accidentia contraria sunt. Huiusmodi quidem communitates sunt et proprieta-
tes differentiae et ceterorum. Species vero quo quidem a genere differt et differentia dictum est
in eo quod diximus quo genus differt a ceteris et differentia differt a ceteris etc.

predicari autem et proprii commune est de se invicem predicari. Nam si homo est risibile est et si risibile est homo est. risibile enim secundum id quod aptum natum est dicitur, etsi semper non ridet, est

Equaliter autem species et proprium quibus eorum participant et proprii est species. Differt autem species a proprio quoniam species quidem potest et aliis genus esse, proprium vero aliarum specierum impossibile est. Et species quidem ante subsistit quam proprium, proprium vero postea fit in specie. Oportet enim hominem esse ut sit risibile. Amplius species quidem semper actu est subiecto, proprium vero aliquando et potestate; homo enim actu semper est Sortes, non semper ridet, quamvis sit natus ridere. Amplius quorum termini differentes et ipsa sunt differentia. Est autem speciei quidem sub genere esse et de pluribus differentibus numero in eo quod quid sit predicari et cetera huiusmodi, proprii vero in eo quod est soli et semper et omni adesse.

Speciei vero et accidentis commune est de pluribus predicari. Rare vero sunt alie

proprietates communitates, propterea quod plurimum distant a se accidens et cui accidit. Propria vero utriusque sunt speciei quidem quod in eo quod quid est predicatur de his quorum est species, accidentis vero in eo quod quale aliquid est vel quomodo se habens. Et unaquaque substantia una quidem specie participat, pluribus vero accidentibus separabilibus et inseparabilibus. Et species quidem ante subintelliguntur quam accidentia, etsi sint inseparabilia. Oportet enim esse subiectum ut illi aliquid accidat, accidentia vero posterioris generis sunt et adventicie nature. Et speciei quidem participatio equaliter est, accidentis vero etsi sit inseparabile non equaliter; Ethiops enim ab Ethiope habebit colorem vel intensum vel remissiorem secundum nigredinem. Restat igitur de proprio et accidente dicere. Que enim species proprio et differentia et genere

Omne quod proprii et accidentis inseparabilis est quod preter dicant dictum est

Commune quidem proprii et accidentis inseparabilis est quod preter ea nunquam consistunt illa in quibus considerantur. Quemadmodum enim preter risibile homo non consistit, ita nec preter nigredinem consistit Ethiops. Et quemadmodum semper et omni adest proprium, sic inseparabile accidens. Differunt autem quoniam proprium uni soli speciei adest, quemadmodum homini risibile, inseparabile vero accidens ut nigrum non solum Ethiopi sed etiam corvo adest et carboni et hebeno et quibusdam aliis. Quare proprium quidem convertitur de eo cuius est proprium, inseparabile vero accidens non convertitur. Et propriorum quidem equalis est participatio, accidentium vero hec quidem magis, illa vero minus. Sunt quidem igitur et alie passiones vel proprietates eorum que dicta sunt, sed sufficiunt tamen hec ad descriptionem eorum communitatis quoque traditionem et Ysagoga

ffinis libri Porphirij per manus Iohannis de Pozn

Sup salutem et omnem ...

Liber predicamentorum Aristotelis principis philosophorum

Equivoca dicuntur quorum solum nomen commune
est et secundum illud nomen substantie ratio
est diversa ut animal homo dicitur et quod pingi-
tur horum enim solum nomen et secundum illud nomen
substantie ratio est diversa. Si enim quis
assignet quid utrumque eorum sit quomodo
sunt animalia propriam assignabit utriusque rationem. Univoca dicuntur
quorum unum nomen commune est et ratio substantie secundum illud nomen eadem
ut animal homo atque bos. communi enim nomine utraque animalia nuncupantur
et ratio substantie est eadem. Si enim quis assignet utriusque rationem
quid utrumque sit quomodo sunt animalia eadem assignabit rationem. Denominativa
dicuntur quecumque ab aliquo solo casu differentia sunt et secundum illud nomen
habent appellationem ut a grammatica grammaticus a fortitudine fortis. Eorum que
aliqua quidem secundum complexionem dicuntur, alia vero sine complexione. Et ea que
secundum complexionem dicuntur sunt ut homo currit. Ea vero que sine complexione ut homo
bos currit vincit. Eorum vero que sunt alia quidem de subiecto dicuntur
in subiecto vero nullo sunt, ut homo de subiecto quidem dicitur de aliquo homine in sub-
iecto vero nullo. Alia autem in subiecto quidem sunt de subiecto autem nullo dicuntur. In
subiecto autem esse dico quod cum in aliquo sit non sicut quedam pars impossibile est esse
sine eo in quo est, ut quedam grammatica in subiecto quidem est scilicet in anima, de sub-
iecto vero nullo dicitur, et quoddam album in subiecto est scilicet in corpore. Omnis enim
color est in corpore. Alia vero de subiecto dicuntur et in subiecto sunt, ut scientia in subiecto
quidem est scilicet in anima, de subiecto vero dicitur ut de grammatica. Alia vero neque in subiecto sunt
neque de subiecto dicuntur ut aliquis homo aliquis bos. Nichil enim horum neque in sub-
iecto est neque de subiecto dicitur. Simpliciter autem que sunt individua et numero sin-
gularia de nullo subiecto dicuntur. In subiecto autem ea nichil prohibet esse, quedam autem
grammatica in subiecto est. Quando alterum de altero predicatur ut de subiecto quecumque de eo
quod predicatur dicuntur omnia de subiecto dicuntur, ut homo de quodam homine predicatur, animal de homine,
quidam enim homo est homo et animal est. Diversorum generum et non subalternatim positorum

diverse sunt species et differentie ut animalis et scientie que sub diversa genera
sunt et species animalis quidem differentie sunt gressibile et volatile et bipes scientie
vero nulla earum que est. neque enim scientia a scientia differt in eo quod bipes est. Sub
alternis vero generum nichil prohibet easdem esse differentias superiora enim de inferioribus
predicantur quare quecumque differentie predicati fuerint eedem erunt et subiecti. Eorum vero que
secundum nullam complexionem dicuntur singulum aut substantiam significat aut quantitatem aut qualitatem
aut ad aliquid aut ubi aut quando aut situm aut habitum aut facere aut pati.
Est autem substantia quidem ut figuraliter dicatur homo equus. quantitas ut bicubitum
tricubitum. qualitas ut albedo nigredo. ad aliquid ut duplum dimidium
duplum. ubi ut in loco. quando ut heri. situs autem ut iacet sedet. habere
ut calciatum armatum. facere vero ut secare urere. pati autem ut secari uri.
Singula igitur eorum que dicta sunt ipsa quidem secundum se in nulla affirmatione dicuntur
et horum autem ad se invicem complexione affirmatio fit. Videtur autem omnis affirmatio aut
falsa aut vera esse. Eorum autem que secundum nullam complexionem dicuntur neque vera neque falsa est.

Substantia autem est que proprie ut homo albus currit
et principaliter et maxime dicitur substantie. Vel est que neque
de subiecto dicitur neque in subiecto est ut aliquis homo et ali-
quis equus. Secunde autem substantie dicuntur species in quibus speciebus ille que prin-
cipaliter substantie dicuntur insunt hee et harum genera ut aliquis homo in specie quidem
est ut in homine. genus vero speciei est animal. Secunde ergo hee dicuntur ut homo
et animal. Manifestum autem est ex hiis que dicta sunt quoniam eorum que
de subiecto dicuntur necesse est nomen et rationem de subiecto predicari ut homo de
subiecto aliquo homine predicatur. Ratio quoque hominis de aliquo homine predicatur. quidam enim
homo et homo est et animal est rationale mortale. quare et nomen et ratio predicatur de subiecto.
Eorum vero que sunt in subiecto in pluribus quidem neque nomen neque ratio predicatur de
subiecto. In aliquibus autem nomen quidem nichil prohibet predicari de subiecto. rationem vero impossibile
est. ut album cum sit in subiecto in corpore predicatur in subiecto de subiecto. Dicitur
enim corpus album. ratio vero neque albi de corpore predicatur. Alia vero omnia aut de subiec-
tis dicuntur principalibus substantiis aut in subiectis eisdem sunt. Hoc autem mani-
festum est ex hiis que per singula proponuntur ut animal de homine predicatur ergo et de aliquo homine predicatur

Nam si de nullo aliquorum hominum nec de homine. Rursus color in corpore est
ergo in aliquo corpore est. Nam si non in aliquo singulorum, nec omnino in corpore.
Quare omnia alia aut de subiectis principalibus substantiis dicuntur aut in subiectis eis sunt.
Non ergo existentibus primis substantiis impossibile est aliquid aliorum remanere. Omnia enim
alia aut de subiectis primis eis dicuntur aut in subiectis eis sunt etc.

Secundarum vero substantiarum magis substantia species quam genus. propinquior enim est prime
substantie. Si quis enim assignet primam substantiam quid est, evidentiusque et convenientius
assignabit speciem proferens quam genus. Ut quendam hominem assignando manifestiusque assi-
gnabit hominem quam assignando genus. Illud quidem proprium magis alicuius hominis est, hoc autem
commune. Et aliquam arborem assignans manifestius assignabit assignando arbo-
rem quam plantam. Amplius prime substantie dicuntur eo quod aliis omnibus subiecte sunt
et alia omnia de his predicantur aut in eis sunt. Ideo maxime dicuntur substantie. Sicut autem
prime substantie ad omnia alia se habent, sic et species se habet ad genus. Sub-
iacet enim species generi. genera namque de speciebus predicantur. Species autem de generibus non
convertuntur. Quare et ex his species genere magis substantia est. Ipsarum vero specierum
quecumque non sunt genera nihil magis altera ab altera substantia est. Nihil enim familiarius assignabis
de aliquo homine hominem assignando quam de aliquo equo equum. Similiter autem et primarum substantiarum nihil
magis altera altera substantia est. Nihil enim magis aliquis homo substantia est quam aliquis bos. Merito
autem preter primas substantias sole aliorum species et genera secunde substantie dicuntur. Sole enim indi-
cant primam substantiam eorum que predicantur. Aliquem enim hominem si quis assignet speciem quidem
quam genus assignando familiarius demonstrabit et manifestius hominem assignabit
quam animal. Aliorum vero quicquid assignaverit quilibet assignabit extranee velut album aut currit aut
quodcumque talium reddens. Sic ergo merito hec sole secunde substantie dicuntur. Amplius prime substantie eo quod
aliis omnibus subiaceant propriissime substantie dicuntur. Sicut prime substantie ad alia omnia se habent ita ge-
nera et species primarum substantiarum ad reliqua omnia se habent. De his enim reliqua omnia predicantur.
Aliquem enim grammaticum dices, ergo et hominem et animal grammaticum dices. Similiter autem in aliis etc.

Commune autem est omni substantie in subiecto non esse. Prima enim substantia neque de
subiecto dicitur neque in subiecto est. Secundarum vero substantiarum constat sic quoniam non
est in subiecto. Homo enim de subiecto aliquo homine dicitur, in subiecto autem non est. Non enim
in aliquo homine homo est. Similiter autem et animal de subiecto dicitur aliquo homine, non autem animal in aliquo homine est.

Amplius autem eorum que in subiecto sunt non quidem nichil prohibet predicari de
subiecto rationem vero impossibile est. Secundarum vero substantiarum predicatur de subiecto nomen
et ratio. Namque rationem hominis de aliquo homine predicabis et animalis. Quare non erit
substantia horum que in subiecto sunt. Non autem est hoc substantie proprium, sed etiam differentia
id habet in subiecto esse non est. Bipes enim et gressibile de subiecto dicitur
ut de quodam homine, in subiecto autem non est. Non enim in homine est bipes
neque gressibile. Ratio vero differentie de eo dicitur de quo ipsa differentia predicatur. Velut
si gressibile de homine dicitur et ratio gressibilis de homine predicabitur. Est enim homo
gressibilis. Non ergo nos conturbent substantiarum partes que ita in totis sunt
quasi in subiecto sint, ne forte cogamur eas non esse substantias confiteri.
Non enim in subiecto dicuntur que taliter sunt ut partes sunt in aliquo. Inest autem
substantiis et differentiis ex his omnia univoce predicari. Omnia autem que ex his sunt
predicata aut de individuis aut de speciebus predicantur. A prima namque substantia
nulla est predicatio, de nullo enim subiecto dicitur. Secundarum vero substantiarum
species quidem de individuis predicatur, genus autem de specie et de individuis. Similiter
autem et differentie de speciebus et de individuis predicantur. Rationem quoque suscipiunt prime
substantie generum et specierum et species generis. Quecumque enim de predicato dicuntur, eadem de subiecto
dicuntur. Similiter autem et differentiarum rationem suscipiunt et species et individua.
Univoca autem sunt quorum nomen commune est et eadem ratio. Quare omnia que de substantiis
et differentiis sunt univoce dicuntur. Omnis autem substantia videtur hoc aliquid
significare. Et in primis quidem substantiis indubitabile et verum est quoniam hoc aliquid
significant. Individuum enim et unum numero est quod significatur. In secundis vero substantiis videtur
quidem similiter appellationis figura hoc aliquid significare, quando quis dixerit
hominem aut animal. Non tamen est verum, sed magis quale aliquid significat. Neque enim unum est
quod subiectum est quemadmodum prima substantia, sed de pluribus homo dicitur et animal.
Non autem simpliciter quale aliquid significat quemadmodum album. Nichil enim significat album quam qualitatem.
Genus autem et species circa substantiam qualitatem determinant; quale enim quandam substantiam significant.
Plus autem in genere quam in specie determinatio fit. Dicens autem animal plus quam hominem
complectitur. Inest autem substantiis nichil illis esse contrarium. Prime enim substantie quid
erit contrarium? ut alicui homini nichil est contrarium, nec autem speciei vel generis aliquid est contrarium.

aliorum ut quantitati / Bicubito enim nihil est contrarium dicit nec decem nec ullo
talium nisi quis forte dicat multa contraria et paucis vel magnum parvo
determinatorum vero nullum nulli est contrarium. Videtur autem substantia non suscipere ma-
gis et minus / Dico autem hoc non quod substantia non est substantia magis et minus / hoc autem dico
est quia est Boethius cum unaquaeque substantia hoc ipsum quod est non dicitur magis et minus ut si e-
st substantia homo non est magis et minus homo neque ipse a se nec alter ab altero sit
alter ab altero magis est album et bonum alter magis est bonum. Sed et ipsum
album a se magis et minus dicitur ut corpus cum album sit magis album dicitur nunc quam
prius / et cum calidum calidius sit magis ut minus dicitur. Substantia vero non dicitur / nec enim
homo nunc magis homo quam prius dicitur / neque aliorum quicumque substantiae sunt
Quare igitur substantia non recipiat magis et minus / Maxime vero substantiae proprium videtur
esse quod cum unum et idem numero sit contrariorum susceptivum sit / et in aliis quidem non
habebit quisquam quod proferat quaecumque non sunt substantiae quod cum sit unum et idem
numero susceptibile contrariorum sit ut velut color qui est unum et idem numero non erit albus
neque niger neque eadem actio et una numero prava et studiosa erit. Similiter et
in aliis quae non sunt substantiae. Substantia vero cum unum et idem sit numero capax contrariorum
est ut quidam homo cum sit unus et idem numero sit aliquando albus quandoque niger fit alias
et calidus et frigidus et pravus et studiosus. In aliis nullis videtur tale aliquid
Nisi quis forte instet dicens orationem et opinionem huiusmodi esse. Eadem enim oratio vera et falsa
esse videtur velut si oratio sit vera sedere quendam surgente eo falsa est. Similiter
autem et in opinione. Si quis enim opinabitur sedere aliquem vere cum surrexerit falsum opinabitur
eandem de eo habens opinionem. Similiter autem et de visu. Si enim vere putat aliquem sedere
surgente eo falsa erit eandem habens de eo opinionem / Si quis vero hoc suscipiat tamen modo differt
differt / nam ea quae in substantiis sunt ipsa mutata per se susceptibilia sunt contrariorum / frigidum
enim de calido factum alterum factum est et nigrum ex albo et studiosum a pravo. Simili-
ter autem et in aliis ita unumquodque mutationem suscipiens est susceptibile contrariorum. Oratio autem et
opinio ipsa quidem immobilia omnino perseverant. Cum vero res moveatur contrarium circa
eam fit. Oratio namque permanet eadem eo quod sedeat aliquis ut non. Cum vero mota
sit aliquando vera aliquando falsa fit. Similiter autem et in opinione. Quapropter solum proprium est quod
secundum sui mutationem sit contrariorum capabilis / Sed quis hoc recipiat sit opiniones

et oratio dicuntur susceptibilia esse contrariorum. non est verum quod dictum est. oratio
namque et opinio non in eo quod ipsa per se aliquid recipiat contrariorum suscepti-
bilia esse dicuntur, sed in eo quod circa alterum aliqua passio facta sit. Nam in eo
quod res est vel non est oratio vera aut falsa esse dicitur, non in eo quod ipsa capabilis est
contrariorum. Simpliciter autem a nullo neque oratio neque opinio movetur. Quare non erunt
susceptibilia contrariorum cum nulla in eisdem passio facta sit. Substantia vero in eo
quod ipsa contraria recipiat idcirco susceptibilis dicitur contrariorum. Languorem enim et sanitudi-
nem et albedinem suscipit et candorem et nigredinem et unumquodque tale
contrariorum susceptibile dicitur eo quod ipsum sit susceptibile cum unum et idem numero
sit secundum mutationem sui esse susceptibilem contrariorum. Et de substantia sufficiat.

Quantitatis autem aliud continuum aliud discretum et aliud quidem ex ha-
bentibus positionem ad se invicem in suis partibus constat, aliud vero
ex non habentibus positionem. Est autem discreta quantitas ut numerus et oratio. Conti-
nua vero ut linea superficies corpus, praeterea autem tempus et locus. Partium enim nu-
meri nullus est communis terminus ad quem partes eius coniungantur ut quinque ad quinque. Si
autem decem sunt particulae ad nullum terminum communem copulantur sed semper discreta et se-
parata sunt. Et tria et septem ad nullum terminum communem copulantur partium sed semper
discreta et separata sunt. Quare per omnia numerus discretorum est. Similiter autem et oratio. Quod
enim quantitas est oratio manifestum est. Mensuratur enim syllaba longa et brevi.
Dico autem orationem cum voce prolatam. Ad nullum enim terminum communem partes coniunguntur. Non
enim communis terminus est ad quem syllabae copulantur sed unaquaeque discreta est secundum
se ipsam. Linea vero continuorum est. Est enim sumere communem terminum ad
quem partes lineae copulantur id est ad punctum et superficiei ad lineam. Plani
enim partes ad quendam communem terminum copulantur. Similiter autem et in corpore poteris su-
mere communem terminum scilicet superficiem qua corporis partes copulantur. Est autem talium tempus
et locus. Praesens enim tempus est communis terminus ad quem coniunguntur praeterita et futura.
Rursus locus est continuorum. Locum quendam enim corporis particulae optinent quae ad
communem terminum copulantur. Ergo enim loci particulae quae optinent singulas particulas cor-
poris ad eundem terminum copulantur ad quem et corporis particulae. Quare et continuus
erit locus. Ad unum enim communem terminum eius particulae continuantur. Amplius ergo

alia quidem constat ex particulis quae in eis sunt positionem ad se invicem habentibus
alia vero ex non habentibus positionem ut lineae quidem particulae positionem habent ad
se invicem singula namque earum sita sunt alicubi et habeas unde sumas et assignes
unumquodque ubi situm est in plano et ad quam particulam reliquarum coniungatur
similiter namque et particulae plani positionem habent quandam similiter autem ostendetur
unumquodque ubi iacet et quae copulantur ad se invicem similiter et soliditatis similiter
et loci in numero autem non poterit quisquam videre quemadmodum particulae eius positionem
aliquam ad se invicem habeant sed neque eae quae temporis sunt nihil enim permanet
particularum temporis quod autem non est permanens quomodo hoc positionem aliquam habebit
sed magis ordinem quendam particularum dicas habere ut aliud quidem prius sit
temporis aliud vero posterius sed et de numero similiter eo quod prius numeretur unus quam
duo et duo quam tres et ita ordinem quendam habebunt positionem vero nullam percipies
Sed et oratio similiter nihil enim permanet particularum eius sed quod dictum est semel non potest
amplius resumi quare non erit positio particularum eius siquidem nihil permanet
alia vero namque constat ex particulis quae in eis sunt positionem ad se invicem habentibus
alia autem ex non habentibus positionem. Proprie autem quantitates haec sola sunt quae
diximus alia vero omnia secundum accidens ad haec enim aspicientes et alias dicimus quantitates
ut multum album dicitur eo quod superficies sit multa et actio longa eo quod tempus longum est et multum
et motus multus neque enim horum singulum per se quantum dicitur ut si quis assignet
quanta sit actio tempore quo definiet annuam vel sic aliquo assignans et album
quantum sit assignans superficie definiet quanta enim superficies fuerit tantum album
esse dicit quare sola proprie et per se quantitates dicuntur quae dictae sunt aliorum vero
nihil per se est sed forte per accidens. Amplius quantitati nihil est contrarium in definitis enim manifestum
quoniam nihil est contrarium ut bicubito vel tricubito vel superficiei vel alicui talium
nihil est contrarium nisi aliquis multa paucis dicat esse contraria vel magnum parvo
horum autem nihil est quantitas sed magis ad aliquid sunt nihil enim per se ipsum magnum vel
parvum dicitur sed ad aliquid refertur nam mons quidem parvus dicitur milium vero
magnum eo quod hoc sui generis sit maius illud vero sui generis minus est ergo
ad aliquid eorum relatio nam si aliquid per se ipsum parvum vel magnum diceretur numquam
mons quidem parvus diceretur milium vero magnum diceretur. Rursus in vico

Amplius pro alia

quidem plures homines esse dicimus · in theatro vero paucos cum sint eorum multiplices
et in domo quidem multos in teatro autem paucos cum sint plures. Ampli
us bicubitum vel tricubitum et unumquodque talium quantitatem significat, ma
gnum vero vel parvum non significat quantitatem sed magis ad aliquid sunt enim ad
aliquid spectat magnum vel parvum. Quare manifestum est quod ad aliquid
sunt hec et non quantitates. Amplius sive ponat aliquis hec esse quantitates
sive non ponat nihil erit eis contrarium. Quod enim non est sumere per se sed ad
solam alterius relationem refertur quomodo huic aliquid erit contrarium. Amplius autem
si erit magnum et parvum contraria contingit idem ipsum simul contraria recipere et ea ipsa
sibimet esse contraria. Contingit enim simul idem esse magnum et parvum. Est enim
ad hoc aliquid quidem quod parvum ad aliquid vero est hoc magnum. Quare idem
parvum et magnum in eodem tempore esse contingit. Quare quoddam simul contraria suscipit.
Sed nihil est quod videatur simul contraria posse suscipere ut substantia quod suscipit quidem
libet contrariorum sed non uno eodem tempore. Nam neque simul eger et sanus est nec albus et niger
simul, nec quicquam aliud contraria suscipiet simul, et eadem sibimet ipsis contingit esse contraria.
Nam si est magnum parvo contrarium ipsum autem simul est magnum idem est et parvum
ipsum et sibi contrarium. Sed impossibile est sibi esse contrarium. Non est ergo magnum
parvo contrarium neque multum pauco. Quare si non relativorum hec quis dicat
tamen quantitas nihil habebit contrarium. Maxime autem circa locum videtur esse contrarietas quantitatis.
Sursum enim ad id quod deorsum est contrarium ponunt locum qui in medio est deorsum dicentes
sic dicentes eo quod multa media distantia ad terminos mundi sit. Videntur
autem et aliorum contrariorum diffinitionem ab his afferre, que enim multa a se
invicem distant eorum que sunt sub eodem genere contraria definiunt. Non autem
videtur quantitas suscipere magis et minus ut bicubitum. Neque enim ut tri
cubitum magis bicubitum. Nec in numeris ternarius binario quinarius ternario. Nec
enim magis tria dicuntur quam quinque et tria plus quam tria. Nec tempus aliud alio
magis et minus dicitur. Nec in his que dicta sunt magis et minus omnino dicitur.
Quare quantitas non suscipit magis et minus. Proprium autem maxime quantitatis
est quod equale et inequale dicitur. Singulum enim eorum que dicta sunt quantitatum

equale dicitur et inequale ut corpus equale et inequale dicitur, et numerus dicitur equalis et inequalis, tempus autem dicitur equale et inequale. Similiter autem et in aliis que dicta sunt et equale et inequale singula dicuntur. In ceteris autem que quanta non sunt non multum videtur equale et inequale dici. Nam quod dispositio equalis et inequalis non multum dicitur sed magis similis et dissimilis. Et albedo equalis et inequalis non multum dicitur sed potius similis. Quare quantitatis proprium erit secundum eam equale aut inequale dici etc.

Ad aliquid vero talia dicuntur quecumque hoc ipsum quod sunt aliorum dicuntur vel quomodolibet aliter ad aliud, ut maius hoc quod est alterius dicitur; aliquo enim maius dicitur; ut duplum ad aliquid dicitur hoc ipsum quod est; alicuius enim duplum dicitur. Similiter autem talia quecumque sunt huiusmodi. Sunt autem et hec ad aliquid ut habitus, dispositio et disciplina, affectio, sensus et positio. Hec enim omnia que dicta sunt hoc ipsum quod dicta sunt aliorum dicuntur et non aliud ad aliud. Habitus enim alicuius est habitus et disciplina alicuius disciplina et positio alicuius positio. Et alia quidem similiter. Ad aliquid ergo sunt quecumque ad id quod sunt aliorum dicuntur vel quolibet aliter ad aliud, ut mons magnus dicitur ad aliud mons; magnus enim ad aliquid dicitur, et simile alicui simile; et cetera talia similiter ad aliquid dicuntur. Sunt autem et accubitus et statio et sessio positiones quedam; positio vero ad aliquid est. Iacere autem vel stare vel sedere ipsa quidem non sunt positiones, denominative vero ab his que dicte sunt positionibus nominantur. Inest autem contrarietas in relatione, ut virtuti vitio contrarium, cum sit utrumque eorum aliquid est, et scientia ignorantie. Non autem omnibus relativis inest contrarietas; duplo enim nihil contrarium neque triplo neque nulli talium. Videntur autem relativa magis et minus suscipere; simile enim magis et minus dicitur et inequale magis et minus dicitur, cum utrumque sit relativorum; simile enim alicui simile dicitur et inequale alicui dicitur inequale. Non autem relativa omnia suscipiunt magis et minus; duplum enim non dicitur magis et minus duplum nec aliquid talium.

Omnia relativa ad convertentiam dicuntur, ut servus domini servus dicitur et dominus servi dominus, et duplum dimidii duplum et dimidium dupli dimidium, et maius minore maius et minus maiore minus. Similiter autem et in aliis. Sed casu quandoque differt secundum locutionem, ut disciplina disciplinati dicitur disciplina et disciplinatum disciplina disciplinatum, et scientia scibilis scientia et scibile scientie scibile, et sensus sensati sensus et sensatum sensu sensatum. Verum aliquando

[illegible]

non videbuntur convertere nisi convenienter ad id ad quod assignetur. Si enim pec-
cet is qui assignat, ut ala si assignetur avis, non convertitur ut ala avis. Neque
enim in eo quod est avis in eo quod ala dicitur, sed in eo quod est alata. Multorum enim
et aliorum animalium alae sunt quae non sunt aves. Quare si assignetur conveni-
enter, et convertitur, ut ala alati ala et alatum alae alatum. Aliquotiens
autem forte et nomina fingere necesse erit, si non fuerit positum nomen illi ad quod
convenienter assignetur, ut si remus assignetur navis, non erit conveniens assi-
gnatio. Neque enim in eo quod navis est eius remus dicitur. Sunt enim naves quarum
remi non sunt. Quare non convertitur; navis enim non dicitur remi navis. Sed
forte convenientior assignatio erit, si sic assignetur remus remito, remi remitum,
vel quodlibet aliter sic dictum est. Nomen enim non est positum. Convertitur autem
si convenienter assignetur; remitum enim remo remitum est. Similiter autem et
in aliis, ut caput convenientius assignabitur capitato quam si animali assignetur.
Neque enim in eo quod est animal caput habet; multa enim sunt animalia capita non
habentia. Sic autem facilius fortasse sumuntur quibus nomina non sunt
posita, si ab his quae prima sunt et ab his ad quae convertuntur nomina
ponantur, ut in his quae praedicta sunt ab ala alatum, a remo remitum.
Omnia autem ergo quae ad aliquid dicuntur, si convenienter assignentur, ad convertentia
dicuntur. Nam si ad aliquid aliud assignetur et non ad illud ad quod dicitur,
non convertitur. Dico autem neque horum quae indubitanter convertibilia dicuntur et in quibus nomina
posita sunt, nullum convertitur, si ad aliquid eorum quae accidentia sunt assignetur et non ad eum
ad quem dicitur, ut servus si non domini servus assignetur sed hominis aut bipedis aut alicuius
talium, non convertitur. Non enim conveniens est assignatio. Amplius si convenienter
assignetur ad id ad quod dicitur, aliis omnibus circumscriptis quaecumque accidentia sunt,
relicto vero solo illo ad quod assignatum est, semper ad ipsum dicetur, ut si servus ad do-
minum dicatur, circumscriptis omnibus quae sunt accidentia domino, ut esse bipedem, esse scientiae susce-
ptibilem vel hominem, relicto vero esse solo ad quod assignatum est, semper servus ad
eum dicetur; servus enim domini servus est. Si enim servus non convenienter dicatur ad eum
ad quod dicitur, circumscriptis aliis, relicto vero solo eo ad quod male assignatum
est, non dicetur ad ipsum. Assignetur enim domini servus hominis et ala avis, et circumscribatur

ab homine esse dominum iam non servus ad hominem dicetur. Cum enim dominus
non sit servus non est. Similiter autem et de ave si adimatur alatum et
amplius non erit ala ad aliquid. Cum enim non sit alatum nec ala erit
alicuius. Quare oportet assignari ad id ad quod convenienter dicitur. Et si sit nomen
impositum facile erit assignatio. Si autem non sit forte necesse est nomen fingere.
Si autem sic reddantur manifestum est quoniam omnia relativa convertuntur. Videtur autem
ad aliquid simul esse natura, et in aliis quidem pluribus verum est. Simul enim est duplum
et dimidium, et cum sit duplum dimidium est, et cum sit servus dominus est. Similiter
autem his et alia. Simul autem auferunt se se invicem haec. Si enim non sit duplum
non est dimidium, et eodem modo similiter autem et in aliis quaecumque talia sunt. Non autem in omnibus
relativis verum videtur simul esse natura. Scibile enim scientia prius esse videtur. Nam in pluribus
subsistentibus rebus scientias accipimus; in paucis vero vel in nullis hoc quis perspiciet
simul cum scibili scientiam esse. Amplius scibile sublatum simul aufert scientiam; scientia vero non
aufert scibile. Nam scibile cum non sit non erit scientia; scientia vero si non sit nihil prohibet
esse scibile, ut circuli quadratura, si est scibile, scientia quidem eius nondum est, illud
vero scibile est. Amplius animali quidem sublato non est scientia; scibilium vero pluri-
ma contingit. Similiter autem his sese habent ut etiam quae de sensu sunt. Sensibile enim prius
quam sensus videtur. Nam sensibile interemptum simul perimit sensum; sensus autem sensibile non
simul perimit. Sensus enim circa corpus et in corpore sunt. Sensibili enim perempto peremptum est
et corpus; sensibilium enim corpus est. Cum vero corpus non sit, perimitur et sensus. Quare simul
perimit sensibile sensum; sensus vero sensibile non simul perimit. Animali enim perempto sensus quidem
peremptus est, sensibile vero erit, ut corpus est, calidum, dulce, amarum, et alia omnia
quaecumque sunt talia. Amplius sensus quidem simul cum sensato fit. Simul enim animal
fit et sensus. Sensibile vero ante est quam sit sensus. Ignis enim et aqua et alia huiusmodi
de quibus et animal constat, ante sunt quam sit animal omnino. Quare prius quam sensus sensibile
videtur. Habet autem quaestionem utrum nulla substantia ad aliquid dicatur quemadmodum videtur,
an hoc contingit secundum quasdam secundas substantias. Nam in primis substantiis verum est; nam
neque totum neque partes primarum substantiarum ad aliquid dicuntur. Nam aliquis homo non dicitur alicuius
aliquis homo, nec aliquis bos alicuius aliquis bos dicitur. Similiter autem et partes. Quaedam
enim manus non dicitur alicuius quaedam manus sed alicuius manus, et quoddam caput non

dicitur alicuius quoddam esse alicuius. Et haec autem et in secundis substantiis atque hoc quidem
in pluribus ut ut homo non dicitur alicuius homo nec bos alicuius bos nec li-
gnum alicuius lignum sed alicuius possessio dicitur. Et in his quidem manifestum quoniam
non sunt ad aliquid. In aliquibus autem secundis substantiis habet dubitationem
aliquam ut caput alicuius caput dicitur et manus alicuius manus et similia haec.
Quare haec fortasse ad aliquid esse videbuntur. Si igitur sufficienter eorum quae sunt ad aliquid
definitio assignata est aut nimis difficile aut impossibile est solvere quoniam nulla substantia eo-
rum quae sunt ad aliquid dicitur. Si autem non sufficienter sed sunt ad aliquid quibus
hoc ipsum est ad aliquid quodammodo se habere, fortasse aliquid contra ista dicetur.
Prior vero definitio sequitur omnia relativa, non tamen hoc eis est esse quod ad
aliquid quod capita quae sunt aliorum dicuntur. Ex his ergo manifestum est quoniam si
quis aliquid eorum quae sunt ad aliquid definite sciat et illud ad quod dicitur
definite sciturus est. Quoniam est eorum quae sunt ad aliquid. Relatum est quodammodo
se habere ad aliud manifestum quidem ex his est. Nam si quis novit quoddam
quod ad aliquid est, est enim esse ad aliquid ad aliud quodammodo se habere
et ad id novit ad quod quodammodo se habet. Si enim non novit ad quod hoc ad
quod quodammodo se habet, nec quoniam ad aliud se habet novit. Et in singulis palam
hoc est ut si hoc si quis novit definite quod est duplum, et cui duplum est
mox definite novit. Si vero nulli definite novit, nec quoniam duplum noverit, si
est duplum sed novit. Similiter autem est et hoc si aliquid si novit quod melius
est definite et a quo melius est definite necessarium est nosse. Quare palam est
quoniam necessarium est quia si noverit quod aliud relativorum definite ad aliud ad
quod dicitur definite nosse. Caput vero et manus et eorum singula quae substantiae sunt
hoc ipsum quod sunt potest sciri definite, ad quod autem dicuntur non necesse est scire.
Cuius enim hoc caput vel cuius haec manus sit non est discere definite. Quare non erunt
haec ad aliquid. Si vero non sunt relativa verum erit dicere quod nulla substantia relativorum est.
Fortasse autem difficile sit de huiusmodi rebus confidenter declarare nisi saepe pertra-
ctatae sint. Dubitare autem de singulis non erit inutile etc.

Qualitatem vero dico secundum quam quales esse dicuntur. Est autem qualitas
eorum quae multipliciter dicuntur. Non tamen sit una species qualitas magis [illegible] de sub

speciebus. Est autem una species qualitatis habitus et dispositio. Differt autem
habitus a dispositione eo quod permanentior et diuturnior est. Tales vero sunt et
virtutes. Scientia enim videtur permanentium et eorum que difficile moventur, ut si quis
perfecte vel mediocriter scientiam sumat nisi forte grandis permutatio facta sit ab
egritudine vel ab aliquo huiusmodi. Similiter autem et virtus ut iustitia vel castitas et
singula talium non videntur posse facile moveri neque facile permutari. Dispositiones
vero dicuntur que sunt faciles et cito permutabiles ut calor et frigiditas et
egritudo et sanitas et huiusmodi alia. Afficitur enim circa eas homo quodammodo, cito autem permu-
tatur ut ex calido frigidus fit et ex sanitate in egritudinem transit. Similiter autem
et in aliis que sunt huiusmodi, nisi forte in his que contingit per temporis longitudinem
in naturam cuiusque transferri et vel insanabilis vel difficile mobilis
existat affecta quam quilibet habitudinem vocet. Manifestum autem quoniam
hec volunt habitudinem nominari que sunt diuturniora et difficile mobilia.
Nam in disciplinis non multum retinentes sed facile mobiles dicunt habitum non habe-
re quamvis sit ad disciplinam peius vel melius dispositi. Quare differt habitus a dispositione
eo quod hec facile mobilis est, illud vero diuturnior et difficile mobile est. Sunt autem
habitus et dispositiones, dispositiones vero non necesse est habitus nuncupari. Qui enim retinent
habitum quodammodo dispositi sunt ad ea que habent vel peius vel melius, qui autem dispositi
sunt non omnes retinent habitum. Aliud vero genus qualitatis est secundum quod pugilatores
vel cursores vel salubres vel insalubres dicimus, et simpliciter quecumque secundum potentiam
naturalem vel impotentiam dicuntur. Non enim quod dispositi sint aliquo modo huiusmodi unumquodque
dicitur, sed quod habeat naturalem potentiam facile faciendi quid facere vel nihil pati.
Ut pugilatores vel cursores dicuntur non quod sint dispositi sed quod habeant naturalem
potentiam facile hoc faciendi. Sanativi vero sunt eo quod habeant naturalem potentiam
ut nihil ab aliquibus accidentibus patiantur. Egrotativi vero dicuntur eo quod habent
naturalem impotentiam non patiendi. Similiter autem his se habent molle et durum.
Durum enim dicitur eo quod habet potentiam non cito secari, molle vero eo quod eiusdem
ipsius impotentiam habet. Tertium vero genus qualitatis sunt passibiles qua-
litates et passiones. Sunt autem huiusmodi ut dulcedo amaritudo et austeritas
et omnia his cognata. Amplius autem calor et frigus albedo et nigredo.

Et quia hee qualitates sint manifestum. Quecumque enim ista susceperint qualia
secundum ea dicuntur ut mel quoniam dulcedinem susceperit dicitur dulce et corpus
album eo quod albedinem susceperit. Similiter autem se habent et in ceteris. Passi-
biles vero qualitates dicuntur non quod illa que eas susceperint qualitates ali-
quid patiantur; neque enim mel quoniam aliquid passum sit ideo dicitur dulce neque
aliud horum. Similiter autem calor et frigus passibiles qualitates dicuntur
non quod illa que eas susceperint qualitates aliquid patiantur, sed quoniam singula eorum
que dicta sunt secundum sensum qualitates passionum sunt effectiva passibiles qualitates
dicuntur; dulcedo enim passionem quandam secundum gustum efficit et calor secundum tactum.
Similiter autem et in aliis. Albedo autem et nigredo et alii colores non similiter
sicut hee que dicte sunt passibiles qualitates dicuntur, sed eo quod ipse qua-
litates ab aliquibus innascuntur. Quoniam ergo fiunt per aliquam passionem
multe colorum mutationes manifestum est. Erubescens enim aliquis rubeus vel ti-
mens pallidus factus est et unumquodque talium. Quare et si quis naturaliter
aliquid talium passus est similem oportet colorem habere. Que enim affectio anime
ad verecundiam circa corpus facta est et secundum naturalem passionem eadem affectio
vel dispositio fiet ita ut naturalis color similis sit. Quecumque ergo talium casuum
ab aliquibus passionibus vel difficile mobilibus et permanentibus principium
ceperint passibiles dicuntur qualitates. Sive enim secundum naturalem substantiam pallor
aut nigredo facta est passibiles qualitates dicuntur; quales enim et secundum eas dicimur
sive propter egritudinem longam vel propter estum tale quid contigit ut nigredo
vel pallor et non facile pereunt sed in vita permanent passibiles qualita-
tes iste dicuntur. Similiter enim quales et secundum eas dicimur. Quecumque vero ex his
que facile solvuntur et cito resiliunt fiunt passiones dicuntur. Non enim dicuntur
secundum eas quales; neque enim qui propter verecundiam rubeus factus est rubeus dicitur
neque cui pallor propter timorem venit pallidus est, sed magis dicitur quod aliquid
passus est. Quare passiones huiusmodi dicuntur, qualitates vero minime. Similiter
autem et in anima que secundum animam passibiles qualitates et passiones dicuntur. Quecumque enim
mox in nascendo ab aliquibus passionibus fiunt qualitates dicuntur ut dementia
vel ira et alia huiusmodi; quales enim secundum eas dicuntur iracundi vel dementes

Facte aut et alie multis modis vel uar sed ab aliquibus casibus facte sunt et difficile
permanentes et oio immobiles vel huiusmodi qualitates sunt / quales eni 2^m eas dicuntur
Quecumque go ex hiis que cito pertranseunt a suis passiones dicuntur ut si quis irre
statim iracundior est Non eni dr iracundus qui in huiusmodi passionibus iracundi-
or est sed magis aliquid passus / quare passiones huiusmodi dicuntur qualitates vero mi-
Quartum vero genus qualitatis est forma et circa aliquid constans figura amplius autem hec
rectitudo vel curvitas et si quid hiis simile est 2^m eam unumquodque eorum quale
quid dr Triangulum vel quadratum quale quid dicitur et rectum et curvum 2^m vero
figuram unumquodque eorum quale dicitur / Rarum vero et spissum asperum et lene
putabitur quidem qualitatem significare sed aliena huiusmodi putantur a divisione que
circa qualitatem est Situm eni potius quemdam partium utrumque vr significare Spissum quidem
eo quod partes sibiipsi propinque sunt / rarum vero eo quod distant a se invicem / et le-
ve quidem eo quod recta sit partes iaceant asperum vero eo quod hec quidem pars su-
perat illa vero inferior sit Et fortasse et alii apparebunt qualitatis modi
sed qui maxime dicuntur hii sunt Qualitates itaque que dicte sunt / Qualia vero sunt
que 2^m hec denominative dicuntur vel quolibet aliter ab hiis ut a candore candidus
et ab arte gramatica et a iustitia iustus Similiter autem et in ceteris In
aliquibus vero eo quod nomina non sunt posita qualitatibus non contingit ea que ab eis dicuntur
denominative dici ut cursor et pugillator qui 2^m naturalem potentiam nulla qualitate deno-
minative dicuntur Non eni sunt posita nomina virtutibus 2^m quas isti qua-
les dicuntur quemadmodum in disciplinis 2^m quas pugillatores et pallestrici dicuntur
2^m affectionem / pugillatoria eni disciplina dicitur et palestrica quales vero ab hiis
denominative hii qui afficiuntur dicuntur Aliquando autem et posito nomine non dicitur quod 2^m eam
quale dicitur a virtute studiosus / virtutem eni habens studiosus dicitur sed non denominative
a virtute / Non autem hoc tale in multis Quare igitur qualia dicuntur ex hiis que
dicte sunt qualitatibus denominative dicuntur vel quolibet aliter ab eis Inest autem
contrarietas hiis 2^m quod quale est ut iustitia iniustitie contraria et albedo nigredini
Similiter autem et ea que 2^m eas qualia dicuntur ut iustum iniusto et album nigro
Non est autem in omnibus hoc / rubeo eni pallido aut huiusmodi coloribus nil est contrarium
qualibus existentibus amplius si ex contrariis unum fuerit quale et reliquum erit quale

ex singulis alia paronyma quocumque et relativum quale. Nam si iustitie iniusti-
tia contraria est, et quale autem iustum, quale ergo iniustum. Nullum enim aliorum predicamentorum
aptabitur iustitie nec quantitas nec relatio nec ubi nec omnino aliud quicquam nisi
quale. Similiter autem et in aliis que secundum quale sunt. Suscipit autem qualitas magis et
minus. Album enim magis et minus alterum altero dicitur et iustum alterum altero magis et
minus. Sed et ipsa incrementum suscipiunt. album cum sit contingit fieri albius. Non tamen
omnia sed plura. Iustitia namque si dicatur a iustitia magis et minus potest quis ambigere.
Similiter autem et in aliis affectibus. Quidam enim dubitant in talibus. dicunt enim iusti-
tiam a iustitia non magis et minus dici nec sanitatem a sanitate. Magis enim habere al-
terum altero sanitatem dicunt et iustitiam alterum magis habere. Similiter autem grammaticam et alios
affectus. Sed tamen ea que secundum eos affecta qualia dicuntur indubitanter susci-
piunt omnia magis et minus. Grammaticior enim alter altero dicitur et iustior et sanior.
Similiter autem et in aliis. Triangulus vero et quadrangulus non videtur magis et
minus suscipere nec aliquid aliarum figurarum. Que enim diffinitionem trianguli susceperunt
omnia et trianguli et circuli sunt. Eorum vero que sic non ceperunt nullum magis alte-
rum altero dicitur. Nichil enim quadratum dicitur magis quam parte altera longior
forte circulus est. nulla enim suscipit circuli rationem. Simpliciter autem si utraque
non receperint huiusmodi positam non dicitur alterum altero magis et minus. Non ergo omnia
qualia suscipiunt magis et minus. Ergo ut ante dictum est suscipit magis et minus, secundum aliud
horum autem que predicta sunt nichil est proprium qualitatis. Similia vero et dissimilia
secundum solas dicuntur qualitates. Simile enim vel dissimile alterum alteri non est secundum
aliquid nisi secundum id quod quale est. Quare proprium erit qualitatis secundum eam simile dici.
Oportet vero non dubitare ne quis nos dicat de qualitate propositum facientes multa
de relativis interposuisse. habitus enim et dispositiones horum que sunt ad aliquid
esse diximus. Pene enim in omnibus genera aliquid dicuntur, singularium vero nichil horum. Scientia quidem
nam cum sit genus ipsum est hoc quod est alterius dicitur. alicuius enim disciplina dicitur.
Eorum vero que singularia sunt nichil ipsum quod est alterius dicitur, ut grammatica non dicitur
alicuius grammatica nec musica alicuius musica. Sed forte secundum genus hec ad aliquid dicuntur
ut grammatica alicuius dicitur disciplina non alicuius grammatica, et musica alicuius dicitur disciplina non alicuius
musica. Quapropter singula sunt non posita inter relativa. Dicimur enim et qualis

secundum singularia hec omnia et habemus dicimur enim docti quod habemus singulas scientias Quare hec erunt etiam qualitates que singula sunt secundum quas qualitates dicimur singuli at non erunt eorum que sunt ad aliquid secundum se Amplius si contingit hoc idem quale et relativum esse nil est inconveniens in utrisque generibus

Suscipit autem agere et pati contrarietates et magis et minus Calefacere enim et frigefacere contraria sunt et calefieri et frigefieri et delectari et tristari Quare suscipiunt contrarietates facere et pati sed et magis et minus calefacere enim magis et minus et frigefieri magis et minus Suscipit ergo magis et minus facere et pati De his itaque tanta dicuntur

Dictum est autem de hiis et de situ in relativis quoniam a positionibus denominative dicuntur De reliquis autem et quando et ubi et habere eo quod manifesta sunt nichil de hiis aliud dicitur quam que in primo dicta sunt Quia habere quidem significat calceatum armatum ubi autem ut in loco quando autem ut in tempore sed et alia que de hiis dicta sunt De propositis itaque generibus que dicta sunt sufficiant

Quotiens autem solet opponi dicendum est Dicitur autem alterum alteri opponi quadrupliciter aut ut ad aliquid aut ut contraria aut ut habitus et privatio aut ut affirmatio et negatio Opponitur autem unumquodque eorum ut sit figuraliter dicere relativa ut duplum dimidio et contraria ut bonum malo et secundum privationem et habitum ut cecitas visui et affirmatio et negatio ut sedet non sedet Quecumque ergo ut relativa opponuntur ea ipsa que sunt aliorum dicuntur vel quolibet aliter ad ea ut duplum hoc ipsum quod est alterius dicitur alicuius enim duplum dicitur Sed et disciplina disciplinato tamquam relativa opposita sunt et disciplina hoc ipsum quod est disciplina est dicitur hoc ipsum quod est ad aliud Disciplinatum enim dicitur aliquid disciplina disciplinatum Quecumque ergo opponuntur ut ad aliquid ipsa quod sunt aliorum dicuntur vel quolibet ad se invicem Illa vero que sunt contraria opposita ipsa quidem que sunt nullo modo ad se invicem dicuntur

Relativa vero de se invicem dicuntur Neque enim bonum mali dicitur bonum sed contrarium nec album nigri album sed contrarium Quare iste oppositiones invicem differunt Quecumque ergo contrariorum talia sunt ut in quibus nata sunt fieri et de quibus predicantur necessarium sit alterum ipsorum inesse nichil horum est medium Quorum vero non est necesse alterum inesse

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

horum enim est aliquid medium ut egritudo et sanitas animalis corpore habent nata sunt
et necesse est alterum esse in corpore animalis vel egritudinem vel sanitatem Sed par et
impar de numero predicantur et necesse est alterum horum in numero esse ut habitudines et per
fectum et nihil est in medio horum neque inter languere et sanare neque inter habi
tudinem et perfectionem Quorum vero non est necessarium alterum inesse horum est aliquid medium
ut album et nigrum in corpore secundum naturam habent fieri et non est necesse alterum horum inesse cor
pori non enim omne corpus album et nigrum est Sed et pravum et studiosum dicitur quidem
de homine et de aliis multis sed non est necessarium alterum horum inesse hiis de quibus
predicantur non enim omnia aut prava aut studiosa sunt et est horum aliquid medium albi quidem
et nigri fuscum et pallidum et alii colores quicumque pravi vero et studiosi quod
neque pravum neque studiosum est In aliquibus ergo nomina imposita sunt hiis que
media sunt ut albi nigri fuscum pallidum In aliquibus autem nomine quod sunt
hiis medium assignare non est expeditum sed per utriusque extremorum negationem quod
medium est determinatur ut quod neque bonum neque malum est neque iustum neque
iniustum Privatio vero habitus dicitur quod est circa idem aliquid ut cecitas vel visio circa
oculum Universaliter autem dicitur est in quo nata sunt habitus fieri circa hoc dicimus et non
utrumque privari vero tunc dicimus unumquodque habitus susceptibilium quando
illud ad quod natum est habere nullo modo habet Edentulum enim dicimus non quod non
habet dentes nec cecum qui non habet visum sed cum contingit habere et non habet Quedam
enim generationes sunt que neque dentes neque visum habent sed ideo non dicuntur edentula
neque ceca Privari vero et habere habitum non est habitus et privatio habitus enim visus
est privatio vero cecitas habere autem visum non est visus nec cecum esse cecitas
privatio enim quedam cecitas est cecum vero esse privari est et non privatio Nam si
idem esset cecitas et cecum esse utraque de eodem predicarentur nunc vero minime sed cecus
dicitur homo cecitas vero nullo modo homo dicitur Opposita autem hec videntur esse
privari et habere habitum sicut privatio et habitus idem enim modus est oppositionis
Nam sicut cecitas visui opposita est sic cecum esse et visum habere oppositum est Non
autem idem est quod sub affirmatione et negatione iacet affirmatio et negatio affirmatio
namque oratio affirmativa et negativa oratio negativa dicitur horum vero que sunt sub affirmatione
et negatione nulla est oratio Contradicit autem hec esse cecum omni alterutri tamquam

affirmatio et negatio. Ita namque opponuntur idest in his contradictio adversus
negationem, ut est ut qui sedet ei qui non sedet. Sic et res sub utrisque posita est, scilicet
ad sedere et ad non sedere. Quod autem privatio et habitus non sic opponuntur ut ad
aliquid manifestum est. Neque enim dicitur visus hoc ipsum quod est, visus enim non
dicitur caecitatis visus, nec alio modo ullo ad ipsum dicitur. Similiter autem neque caecitas dicitur
visus caecitas nec visus dicitur. Amplius omnia ad aliquid convertentia quae
et caecitas si quidem esset eorum quae sunt ad aliquid utique converteretur ad illud ad quod
diceretur; sed non convertitur. Neque enim visus caecitatis visus dicitur. Quod autem neque ut
contraria opponuntur ea quae secundum privationem et habitum dicuntur ex his manifestum est.
Quorum enim contrariorum nihil medium est necesse est in quibus nata sunt fieri aut de
quibus praedicantur alterum ipsorum semper inesse. Horum enim nihil est medium quorum alterum necesse
est inesse susceptibili, ut in aegritudine et sanitate et [illegible]
Quorum autem aliquid medium est numquam necesse est omni alterum inesse. Neque enim necesse
est susceptibile candidum esse vel nigrum, neque frigidum aut calidum. Nihil enim horum
prohibet aliquid medium; horum autem aliquid medium erat quorum non erat necessarium alterum
inesse susceptibili, praeterquam quibus naturaliter inest unum, ut igni calidum et nivi
candidum. In his autem definite necessarium est alterum et non alterum contingit.
Non enim possibile est ignem frigidum neque nivem nigram. Quare quidem omni su-
sceptibili non est necessarium alterum inesse, sed solum quibus naturaliter unum inest et
his definite unum et non alterutrum contingit. In privatione vero et habitu nihil
horum quae dicta sunt verum est. Neque enim susceptibili semper necessarium est alterum horum
inesse. Quod enim non dum natum est videre neque caecum neque videns dicitur;
quare non erunt haec talium contrariorum quorum nihil medium, sed neque quorum est me-
dium; necessarium est enim omni susceptibili alterum horum inesse. Cum enim iam na-
tum fuerit ad habendum visum aut caecum aut videns dicetur, et horum non
definite alterum est sed alterutrum contingit. In contrariis autem quibus est medium nun-
quam fuit necessarium omni susceptibili alterum inesse, sed quibusdam et in his definite
unum. Unde manifestum est quoniam neutro modo sicut contraria opponuntur ea quae
secundum privationem et habitum opponuntur. Amplius in contrariis quidem existentibus
susceptibili possibile est alterutrum fieri mutationem nisi naturaliter alterum insit ut igni calidum

Nanque quod sanum possibile est languere et album nigrum fieri et calidum frigidum fieri et ex studioso pravum et ex pravo studiosum possibile est fieri. Pravus enim ad meliores exercitationes deductus vel ad doctrinas vel modicum aliquid proficiet ut melior sit. Si vero incrementum semel susceperit palam est autem quoniam perfecte mutabitur vel satis multum sumet incrementum si bene mobilior fiet ad virtutem et quodcumque incrementum sumit a primo et ex hoc iam verisimile dicitur amplius tamen incrementum sumere et dum semper sit perfecte in contrarium habitum restituetur nisi forte tempus suspensum sit. Verum in privatione et in habitu impossibile est in alterutrum fieri mutationem. Sed licet ab habitu in privationem sit permutacio a privatione vero in habitum numquam. Neque enim quis cecus factus rursus videt. Neque enim cum calvus esset sine dentibus rursus dentes ei orti sunt. Quecumque enim tamquam affirmatio et negatio sunt opposita palam est quoniam nullo predictorum modorum opposita sunt. In hiis enim solis necessarium est semper quidem alterum eorum verum aliud autem esse falsum. Neque enim in contrariis necessarium est semper alterum verum esse et alterum falsum neque in relativis neque in habitu et privatione ut sanitas et egritudo contraria sunt. Neutrum neque verum neque falsum est. Similiter autem duplum et dimidium tamquam relativa opposita sunt et non est eorum aliud neque verum neque falsum. Sed neque ea que secundum privationem et habitum sunt sicut visio et cecitas sic se habent ut quod semper sit alterum verum et alterum falsum. Omnino autem nichil horum que secundum nullam complexionem dicuntur neque verum neque falsum est. Porro omnia que dicta sunt sine complexione ergo eorum neque verum neque falsum dicitur. Sed maxime hoc tale videbitur contingere in hiis que secundum complexionem contraria sunt. Sanum enim Sortem esse et languere Sortem contraria sunt. Sed neque in hiis necessarium semper alterum verum alterum falsum esse necesse est. Cum enim sit Sortes erit quemadmodum aliud verum aliud falsum. Cum vero non sit utraque falsa sunt. Neque enim languere Sortem neque sanum esse verum est cum ipse Sortes omnino non sit. In privatione vero et habitu cum non sit neutrum verum est. Cum vero sit non erit necessarium semper alterum verum et alterum falsum esse. Habere namque visum Sortem ad id quod est cecum esse Sortem opposita ut habitus et privatio. Et cum sit non est necessarium alterum verum esse vel falsum. Cum vero nondum natus est habere utraque falsa sunt visum cum habere et cecum esse. In affirmatione et negatione vero semper sive sit sive non sit subiectum aliud quidem erit

verum aliud vero falsum. languere namque Socratem et non languere cum sit manifestum pa-
lam est quoniam alterum eorum est verum alterum autem falsum est et cum non sit similiter languere
enim Socratem cum non sit falsum est. languere autem verum equaliter autem ex his solis privationem
erit alterum eorum verum et alterum vero falsum quecumque sicut affirmatio et negatio opposita sunt
Contrarium est autem bono ex necessitate malum. hoc autem manifestum est ex singulorum inductione.
ut sanitati egritudo iusticie iniusticia et fortitudini debilitas similiter autem et in aliis
Malo enim aliquando bonum aliquando malum contrarium. egestati enim cum sit malum superhabundancia contraria est cum etiam ipsa malum sit. Sed in paucis hoc idem aliquis
videbit. In pluribus vero semper malo bonum contrarium est. Amplius contrariorum non est necessarium
si alterum sit et reliquum. Sanis namque omnibus sanitas quidem erit languor
vero minime. Similiter autem cum omnia sint alba albedo quidem erit nigredo autem non erit.
Amplius si Socratem sanum et ad id quod est Socratem languere contrarium est tunc non
sit impossibile utraque eidem simul inesse. Non autem erit possibile cum alterum contrariorum sit et
reliquum. cum enim sit Socratem languere. Contrarium autem est quoniam circa idem aut genere aut
specie contraria nata sunt fieri contraria. egritudo namque et sanitas in corpore
animalis nata sunt fieri. albedo autem et nigredo simpliciter in corpore. iusticia
vero et iniusticia in anima. Necesse autem est omnia contraria vel in eodem genere vel
in contrariis generibus. vel ipsa quidem genera esse. album enim et nigrum in eodem
genere sunt color enim eorum genus est. iusticia vero et iniusticia in contrariis generibus
huius enim virtus huius autem malicia genus est. Bonum vero et malum non sunt
in genere sed sunt genera aliorum existencia etc.

Prius autem alterum altero dicitur quadrupliciter. Primo quidem et proprie secundum
tempus secundum quod antiquius alterum altero et senius dicitur. In eo enim quod tempus
amplius et antiquius et senius dicitur. Secundo autem quod non convertitur secundum sub-
sistendi consequentiam ut unus duobus prius est. duobus enim existentibus mox conse-
quens est verum. cum autem unum sit non necesse est duo esse. quare non convertitur ab uno
consequentia ut sit reliquum. Prius autem videtur illud a quo non convertitur in eo quod est
esse consequentia. Tercio secundum quendam ordinem prius dicitur quemadmodum in disciplinis
et in orationibus est. In demonstrativis enim disciplinis est prius et posterius per ordinem.
Elementa enim in geometria priora sunt his que describuntur per ordinem. In grammatica autem

elementa priora sunt sillabis et in oratione similiter prohemium prius est narratione
per ordinem. Amplius autem preter ea que dicta sunt quod melius est et honora
bilius prius natura videtur. Consueverunt autem et plurimi honorabiliores et ma
gis dilectos a se priores dicere apud se esse. Est autem pene alienissimus
hic modus. Quidam autem qui de priore dicti sunt modi hi sunt. Videbitur autem preter eos
qui dicti sunt alius esse prioris modus. Eorum enim que convertuntur secundum essentie consequentiam
quod alterum alterius causa quolibet est digne prius natura dicitur. Quoniam autem sunt
huiusmodi palam est. Esse namque hominem convertitur secundum essendi consequentiam ad veram de se
orationem. Namque hominem est oratio vera si homo est. Nam si vera est oratio qua dicimus
quia homo est, est homo. Est autem vera quidem oratio nequaquam causa ut sit res.
Verum res videtur quodammodo causa esse ut sit oratio vera. Cum enim res
est vel non est oratio vera vel falsa dicitur. Necesse est ergo secundum quinque
modos prius alterum altero dicitur etc.

Simul autem dicuntur simpliciter et proprie quorum generatio est in eodem tempore. Neutrum
enim neque prius neque posterius est eorum. Simul autem itaque hec dicuntur
secundum idem tempus. Naturaliter autem simul sunt quecumque convertuntur secundum essendi consequentiam
sed nequaquam causa est alterum alterius ut sit in duplo vel in dimidio.
Convertuntur enim hec; nam cum sit duplum est dimidium, et cum sit dimidium
duplum est; sed neutrum est causa alteri ut sit. Dicuntur autem simul natura et quecumque
ex eorum genere ex diverso dividuntur a se invicem. Opposita autem a se invi
cem dividi duplici quecumque secundum eandem divisionem sunt, et ut gressibile
et aquatile et volatile. Hec enim a diversa a se invicem dividuntur que sunt
ex eodem genere. Animal namque dividitur in volatile et gressibile et aquatile
et neutrum horum nec prius nec posterius est, sed simul per naturam hec videntur. Dividuntur autem et
singula horum rursus in species, ut gressibile animal et volatile et aquatile. Erunt ergo et illa
simul natura quecumque ex eodem genere eadem divisione dividuntur. Genera vero priora sunt.
Neque enim convertuntur secundum essendi consequentiam, ut cum sit aquatile animal est; cum vero sit animal
non est necesse ut sit aquatile. Quare simul priora dicuntur quecumque convertuntur secundum essendi consequentiam
sed nequaquam causa est alterum alterius ut sit, et ea que ex eodem genere ex diverso di
viduntur a se invicem, et simpliciter sunt simul quorum generatio est in eodem tempore.

Motus autem sunt sex species: generatio, corruptio, augmentum, diminutio, alteratio et secundum locum mutatio. Alii motus palam est quia ab invicem sunt diversi; non enim est generatio corruptio, neque augmentum diminutio, neque alteratio secundum locum mutatio, similiter autem et aliorum. In alteratione vero habet quandam dubitationem, ne forte necessarium sit quod alteratur per aliquam reliquarum motionum alterari. Hoc autem non est verum; nam paene secundum omnes passiones vel plures alterari accidit nobis nullo aliorum motuum communicante; neque enim augeri necesse est quod passionibus movetur neque minui. Similiter autem et in aliis; quare alia (erit) praeter ceteros motus alteratio. Nam si eadem esset, oporteret id quod mutatur mox et crescere vel minui, vel quandam aliarum consequi motionum fieri; sed non necesse est. Similiter autem et quod crescit vel quodlibet alia mutatione mutatur alterari oporteret; sed sunt quaedam quae crescunt quae non alterantur, ut quadrangulum circumposito gnomone crescit quidem, alteratum vero nihil factum est; similiter et in aliis huiusmodi. Quare alii motus sunt ab invicem. Est autem simpliciter quidem motui quies contrarium, singulis vero singula: generationi corruptio, diminutioni incrementum, secundum locum mutationi secundum locum quies. Maxime autem videtur opponi et fortasse in contrarium locum mutatio, ut ei quae inferius est ea quae superius, et quae superius est ei quae inferius est. Reliquo vero assignatorum motui non est facile assignare quid sit contrarium. Videtur autem nihil ei esse contrarium, nisi quis et in hoc opponat quietem secundum qualitatem vel in contrariam qualitatem mutationem, sicut et in mutatione secundum locum quietem secundum locum vel in contrarium locum mutationem. Est enim alteratio mutatio secundum qualitatem. Quapropter opponitur mutatio secundum qualitatem vel mutatio qualitatis in contrarium, ut album fieri ad id quod est nigrum fieri; alteratur enim in contrariam qualitatem facta mutatione etc.

Habere autem de pluribus modis dicitur: aut enim tamquam habitum et affectionem vel aliam quamlibet qualitatem; dicimur enim disciplinam habere et virtutem. Aut ut quantitatem, quod contingit ei quae habet magnitudinem (bicubitam tricubitam), aut ea quae circa corpus sunt, ut vestimentum vel tunicam, aut in membro, ut anulum in manu, aut membrum, ut manum vel pedem, aut in vase, ut in modio triticum aut in dolio vinum; vinum enim lagena habere dicitur et modio triticum; haec ergo habere dicuntur ut in vase; aut ut possessionem; habere enim domum vel agrum dicimur. Dicimur autem et virum habere uxorem et uxor virum. Videtur autem alienissimus iste modus qui nunc dictus est in eo quod est habere; nihil enim aliud habere uxorem significamus nisi quia cohabitat. Fortasse vero et alii quidam modi appareant in eo quod est habere, qui autem consueverunt dici paene omnes enumerati sunt etc.

Gerarda — Maria — Stella
Gerarda — Barbara — Stella

liber peryhermeniarum Arestotelis phi primus

Primum oportet constituere quid sit nomen et quid verbum. post
ea quid negatio et affirmatio et enunciatio et oratio. Sunt ergo ea
que sunt in voce earum que sunt in anima passionum
note. et ea que scribuntur eorum que sunt in voce. et quemadmodum
nec littere sunt eedem omnibus sic nec voces eedem. Quo-
rum autem hee prime note sunt eedem omnibus passiones anime sunt et quorum hee
similitudines res etiam eedem. De hiis quidem dictum est in hiis que sunt
dicta de anima. alterius enim est negocii. Sicut autem in anima aliquando intellectus
aut illa necesse est alterum horum inesse sic et in voce. Circa compositionem enim et
divisionem est falsitas veritasque. Nomina ergo et ipsa verba consimilia sunt
sine compositione vel divisione intellectui ut homo vel album quando non additur aliquid. neque
enim adhuc verum vel falsum. Huius autem signum hoc est hircocervus enim aliquid
significat sed nondum verum vel falsum est si non vel esse vel non esse addatur vel simpliciter

Nomen ergo est vox significativa secundum placitum sine tempore
cuius nulla pars est significativa separata. In nomine enim quod
est equiferus ferus nichil per se significat quemadmodum in oratione que est equus ferus. at vero
non quemadmodum in simplicibus nominibus sic se habet in compositis. in illis enim nulla
pars significativa. In hiis autem vult quidem sed nullius separati ut in eo quod est
equiferus ferus. Secundum placitum vero quia naturaliter nominum nichil est sed quando fit nota. nam
designant et illiterati soni ut ferarum quorum nichil est nomen. Non homo vero non est nomen
verum nec positum est nomen quo oporteat appellari illud. neque enim oratio aut negatio est
sed sit nomen infinitum. Catonis autem vel Catoni et quecumque talia sunt non sunt nomina
sed casus nominis. Ratio autem eius est in aliis quidem eadem. sed differt quoniam cum est vel
erit vel fuit adiunctum non verum vel falsum est. nomen vero semper ut Catonis est vel non est. nondum enim neque verum dicit neque mentitur.
Verbum autem est quod consignificat tempus cuius pars nichil extra significat et est semper
eorum que de altero predicantur nota. dico autem quoniam consignificat tempus ut cursus quidem nomen est
currit vero verbum. consignificat enim nunc esse. Et semper eorum que de altero dicuntur nota est ut
eorum que de subiecto vel in subiecto. Non currit vero et non laborat non verbum dico. Consignificat quidem tempus
et semper de aliquo est. differentia autem huic nomen non est positum sed sit infinitum verbum

Sed similiter autem vel est vel erit non est verbum sed casus. Non differt autem
a verbo quod aut hoc quidem presens tempus significat illa non complectitur. Ipsa
quidem secundum se dicta verba nomina sunt et significant aliquid. Constituit
enim intellectum qui dicit et qui audit quiescit. Sed si est vel non est
nondum significat. Neque enim signum est rei esse vel non esse nec si hoc ipsum purum
dixeris. Ipsum quidem nihil est consignificat autem quandam compositionem quam sine compositis non est intelligere.

Oratio autem est vox significativa cuius partium aliquid significativum
est separatum ut dictio non ut affirmatio. Dico autem ut homo significat
aliquid sed non quoniam est vel non est sed erit affirmatio vel negatio si quid addatur.
Sed non una hominis syllaba. Nec enim in eo quod est sorex rex significat sed vox nunc
sola est. In duplicibus autem significat quidem aliquid sed non secundum se sicut
admodum dictum est. Est autem oratio omnis quidem significativa sed non sicut instrumentum
enunciativa vero sed quemadmodum dictum est secundum placitum
non omnis sed in qua verum vel falsum inest. Non autem in omnibus est ut
deprecatio oratio quidem est sed neque vera neque falsa. Et cetere quidem relinquantur.
Rethorice enim vel poetice convenientior assignatio est. Enunciativa vero
presentis speculationis est. Est autem una prima oratio enunciativa affirmatio
deinde negatio alie vero coniunctione une. Necesse est autem omnem orationem enunciativam
ex verbo esse vel casu verbi. Etenim hominis rationem si non est aut erit aut
fuit aut huiusmodi aliquid addatur nondum est oratio enunciativa. Quare
unum quidem et non multa animal gressibile bipes. Non enim in eo quod propinque
dicuntur unum erit. Est autem alterius tractatus negocium. Est autem oratio
una enunciativa que unum de uno significat vel coniunctione una. Plures
autem que plura et non unum vel inconiuncte. Nomen ergo et verbum dictio sit
sola quoniam non est sic dicere aliquid significantem voce vel talis enunciare vel in alio
quo interrogante vel non sed ipsum proferentem. Harum quidem hec simplex enunciatio
ut de aliquo aliquid. Hec autem ex hiis coniuncta est velut oratio quedam
composita. Est autem simplex enunciatio vox significativa de eo quod est aliquid
vel non est quemadmodum tempora divisa sunt. Affirmatio est enunciatio alicuius de aliquo.
Negatio est ab aliquo etc. Sequitur capitulum [illegible]

Quoniam autem est enunciare de eo quod est quoniam non est et quod non est non esse
et circa ea que sunt extra presens tempus similiter contingit de quod quis affir-
maverit negare et quod quis negaverit affirmare. Quare manifestum
est quod omni affirmationi est negatio opposita et omni negationi affirmatio. Et sit hoc contradictio
affirmatio et negatio opposite. Dico autem opponi eiusdem de eodem non autem equivoce
et quecumque talia determinamus contra sophisticas im-
portunitates. Quoniam autem sunt hec quidem universalia rerum, illa vero singularia.
Dico autem universale quod de pluribus natum est predicari, singulare vero quod non
est eiusmodi, ut homo quidem universale, Plato vero eorum que sunt singularia.
Necesse est enunciare quoniam inest aliquid aut non inest aliquotiens quidem
eorum que sunt universalia, aliquotiens vero eorum que sunt singularia. Si ergo quis
universaliter enunciet de universali quoniam est aut non, erunt contrarie enunciationes. Dico de universali
enunciationem universaliter, ut omnis homo est albus, nullus homo est albus. Quando autem in universalibus
non universaliter enunciatur, non sunt contrarie; que autem significantur est esse contraria. Dico
autem non universaliter enunciare in his que sunt universalia, ut est albus homo, non
est albus homo. Cum enim universale sit homo, non universaliter utitur enunciatione. Omnis
namque non universale est sed quoniam universaliter consignificat. In eo vero quod universale predicatur
id quod est universale predicare universaliter non est verum. Nulla enim erit affirmatio in qua
de universali predicato universaliter predicetur, ut omnis homo omne animal est. Opponi autem
affirmationem negationi dico contradictorie que universale significant eidem quoniam non
universaliter, ut omnis homo est albus, non omnis homo albus est, quidam homo
Contrarie vero universalem affirmationem / albus est, nullus homo albus est /
et universalem negationem, ut omnis homo iustus est, nullus homo iustus est. Quo-
circa has quidem impossibile est simul esse veras, his vero oppositas contingit
in eodem, ut non omnis homo albus est et quidam homo albus est. Quecumque
ergo contradictiones universalium sunt universaliter, necesse est alteram esse veram vel falsam. Et quecumque
in singularibus sunt, ut est Socrates albus, non est Socrates albus. Quecumque autem
in universalibus non universaliter, non semper hec vera est, illa vero falsa.
Simul enim verum est dicere quoniam homo est albus et non est homo albus et est homo

probus autem est homo probus. Si enim est turpis non est probus. Et est homo pulcher et non
est homo pulcher. Si enim est fedus non est pulcher. Et si sit aliquid non esse videtur
autem subito ingenitum et idem quod videtur non est homo albus simul esse. Similiter
quod nemo est albus. Hec autem necesse idem significare. Necesse sit. Manifestum
autem quoniam una negatio unius affirmationis est. Hoc enim idem oportet negare negationem
quod affirmatio affirmat et de eodem vel de aliquo singularium vel universaliter vel non
universaliter. Dico autem ut est Socrates albus non est Socrates albus. Si autem aliud aliquid vel de
alio idem non erit opposita sed erit quedam diversa. Huic vero que est omnis homo albus
est contradictio illa que est non omnis homo albus est. Illi vero que est aliquis homo albus
est illa que est nullus homo albus. Illi vero que est homo albus est illa que est non est
albus homo. Manifestum ergo est quoniam unius affirmationis una negatio contradictorie opposita est
et manifestum quoniam alie sunt contradictorie alie contrarie et que sunt hec dictum est
et quoniam non omnis vera vel falsa contradictio et quare et quando vera vel falsa. Una autem est
affirmatio et negatio que unum de uno significat vel cum sit universale universaliter vel non
universaliter ut omnis homo albus est non est omnis homo albus est. Si album unum significat. Si non
duobus unum nomen positum est ex quibus non fit unum non est una
affirmatio ut si quis ponat hoc nomen tunica homini et equo et dicat tu-
nica est alba hec non est una affirmatio neque una negatio. Nichil enim hoc differt dicere
est equus albus et homo albus. Si ergo hec multa significant et sunt
plures manifestum est quoniam et prima multa vel nichil significat. Neque enim est aliquis
homo equus. Quare nec in his necesse est hanc quidem contradictionem veram esse
illam vero falsam. In his ergo que sunt et que facta sunt necesse est affirmationem
vel negationem veram vel falsam esse. Et in universalibus quidem universaliter semper hanc quidem veram
illam vero falsam et in his que sunt singularia quemadmodum dictum est.
In his vero que in universalibus non universaliter dicuntur non est necesse. Dictum est autem et
de his. In singularibus vero et futuris non similiter. Nam si omnis affirmatio vel vera vel falsa
est vel negatio et omne necesse est esse vel non esse. Et si hic dicat futurum aliquid
ille vero non dicat hoc idem ipsum manifestum est quoniam necesse dicere alterum
ipsorum verum. Si omnis affirmatio vel negatio vera vel falsa est. Utraque enim non erunt simul
in talibus. Nam si verum est dicere quoniam est album vel non album necesse est esse album ...

vel non est. Et si album est vel non album, verum est vel affirmare vel negare. Et si non
est mentiri, et si mentitur non est. Quare necesse est aut affirmationem aut negationem
veram esse vel falsam. Nichil ergo neque est neque fit neque a casu neque utrumlibet
nec erit nec non erit, sed ex necessitate omnia et non ad utrumlibet. Aut enim qui
dicit verus est aut qui negat. Similiter autem vel fieret vel non fieret. Utrumlibet
enim magis nichil sic vel non sic se habet aut habebit. Amplius si est album
nunc, verum erat dicere primo quoniam erit album, quare semper fuit verum dicere de quo
libet eorum que facta sunt quoniam erunt. Quod si semper verum dicere quoniam est vel
erit, non potest hoc non esse vel non futurum esse. Quod autem non potest non fieri
impossibile est non fieri. Et quod impossibile est non fieri necesse est fieri. Omnia ergo
que futura sunt necesse est fieri. Nichil ergo ad utrumlibet neque casu fit,
nam si ex casu non ex necessitate. At vero nec quoniam neutrum est verum contingit dicere
ut quoniam neque erit. Primum enim cum sit affirmatio falsa erit negatio non vera,
et cum hec sit falsa contingit affirmationem non esse veram. Adhuc si verum est dicere
quoniam album est et magnum, oportet utraque esse. Si vero erit cras, oportet esse
cras. Si autem non erit neque non erit cras, non erit utrumlibet, ut est na
vale bellum; oportet enim neque fieri navale bellum neque non fieri. Que ergo contingunt incon
venientia hec sunt et huiusmodi alia. Si omnis affirmationes vel negationes
vel in hiis que in universalibus dicuntur universaliter vel in hiis que sunt singula
ria necesse est oppositarum hanc quidem veram esse illam vero falsam,
nichil autem utrumlibet esse in hiis que fiunt vel fiunt sed omnia esse vel fieri
ex necessitate. Quare non oportebit neque negotiari neque consiliari quoniam si
faciat hoc erit hoc, si vero hoc non erit hoc. Nichil enim prohibet in
millesimum annum hunc quidem dicere hoc futurum esse, hunc vero non. Quare
ex necessitate erit quodlibet eorum quod verum erat dicere tunc. At vero nec hoc
differt si aliquis dixerit contradictionem vel negationem vel non dixerit.
Manifestum enim est quia sic se habent res vel si hic quidem affirmaverit
ille vero negaverit. Non enim propter affirmare vel propter negare erit
vel non erit, nec in millesimum annum magis quam in quantolibet tempore. Quare
si in omni tempore sic se habebant res ut unum vere diceretur, necesse esset hoc fi-

et unumquodque eorum quae fiunt sic se habere ut ex necessitate fieret. Verum enim
vere dicat quoniam erit non potest non fieri et quod factum est verum erat
Quod si haec non sunt possibilia / dicere semper quoniam erit /
videmus enim esse principium futurorum et ab eo quod consiliamur
atque quod aliquid agimus / Et quoniam est omnino in his quae non semper sunt actu esse
possibile vel in quibus utrumque contingit et esse et non esse quare fieri et
non fieri et ideo multa nobis manifesta sunt sic se habentia ut quoniam hanc
vestem possibile est incidi et non incidi sed prius exteretur. Similiter autem et non
incidi possibile est non enim prius esset exteri nisi esset possibile eam non incidi
Quare et in aliis futuris quaecumque secundum potentiam dicuntur huiusmodi manifestum est
quoniam non omnia ex necessitate vel sunt vel fiunt sed alia quidem ad utrumlibet
et non magis affirmatio vel negatio alia vero magis quidem in pluribus alterum
sed contingit fieri et alterum / alterum vero minime. Ergo esse quod est quando est
et non esse quod non est quando non est necesse est sed non quod est omne necesse
est esse nec quod non est necesse est non esse. Non enim idem est omne quod est necessario
esse quando est et simpliciter esse ex necessitate. Similiter autem et in eo quod non est
et in contradictione eadem ratio est. Esse quidem vel non esse necesse est et futurum
esse vel non; non tamen dividentem dicere alterum necessario. Dico autem futurum necesse
esse ut navale bellum cras vel non futurum esse, sed non futurum esse cras navale
bellum necesse est vel non futurum esse, futurum autem esse vel non esse necesse est.
Quare quoniam similiter orationes verae sunt quemadmodum et res manifestum est quoniam
quaecumque sic se habent ut utrumlibet sint et contraria ipsorum contingere
necesse est similiter se habere et contradictionem quod contingit in his
quae non sunt vel quae semper non sunt. Horum enim necesse est quidem
alteram partem contradictionis veram vel falsam necesse est esse, non tamen
hoc vel illud sed utrumlibet et magis quidem alteram veram, non tamen
iam veram vel falsam. Quare manifestum quoniam non est necesse
omnis affirmationis et negationis oppositarum hanc quidem veram illam falsam
esse. Neque enim quemadmodum in his quae sunt sic se habebit vel etiam in his
quae non sunt possibilium tamen esse vel non esse sed quemadmodum dictum est.

Liber secundus perihermeniarum

Quoniam autem est de aliquo affirmatio significans aliquid, hoc
autem est nomen vel innominabile, unum autem oportet esse
et de uno hoc quod est in affirmatione, nomen autem est
dictum prius et innominabile, non homo enim non nomen dico
sed infinitum nomen, unum enim significat quodammodo infinitum, quem-
admodum non currit non verbum sed infinitum verbum. Erit ergo omnis
affirmatio vel ex nomine et verbo vel ex infinito nomine et verbo. Preter
verbum autem nulla affirmatio vel negatio est. Est enim vel fuit vel erit
vel quecumque sunt alia huiusmodi ex hiis que sunt posita, con-
signant enim tempus. Quare prima est affirmatio et negatio est homo, non est
homo, deinde est non homo, non est non homo, rursus est omnis homo,
non est omnis homo, est omnis non homo, non est omnis non homo, et in ex-
trinsecus temporibus eadem ratio est. Quando autem est tertium adiacens
predicatur, dupliciter dicuntur oppositiones. Dico autem ut est iustus homo, est tertium
dico adiacere nomen vel verbum in affirmatione. Quare et quattuor
iste erunt, quarum due quidem ad affirmationem et negationem sese habent secundum
consequentiam ut privationes, due vero minime. Dico autem quoniam est verbum
aut iusto adiacebit aut non iusto, quare et negationes quattuor
enim sunt. Intelligimus vero quod dicitur ex hiis que subscri-
pta sunt: est iustus homo, huius negatio est non est homo iustus, est non
iustus homo, non est non iustus homo. Est enim hoc loco et non
est iusto et non iusto adiacet. Hec igitur quemadmodum in resolutoriis
dictum est sic sunt disposita. Similiter autem se habet et si universalis sit
sit nominis affirmatio, ut omnis homo iustus, non omnis homo iustus, omnis homo
non iustus est, non est omnis homo non iustus. Sed non similiter angulares
contingit veras esse, contingit autem aliquando. Hee igitur due opposite sunt,
alie autem ad non homo quasi ad subiectum habent aliquod additum,
ut est iustus non homo, non est iustus non homo, est non iustus non homo,
non est non iustus non homo. Magis autem plures hiis non erunt oppositiones

Hee autem ex illis ipse sunt sequentes ut nomine utentes eo quod non est
homo. In hiis vero in quibus est non convenit ut in eo quod est
currere et ambulare idem sic posita faciunt ac si est adderetur ut est
omnis homo est, non omnis homo est, est omnis non homo, non est omnis non homo.
Non enim dicendum non omnis homo sed non negacionem ad id quod est homo
addendum est. Omnis enim non universale significat sed quoniam universaliter. Manifestum
est autem ex eo quod est homo est, homo non est, non homo est, non homo non est
non homo. Hee enim ab illis differunt eo quod non universaliter sunt. Quare omnis
vel nullus nichil aliud significat nisi quoniam universaliter de nomine vel affir-
mat vel negat. Ergo cetera eadem oportet apponi. Quoniam vero contraria est negacio
ei que est omne animal est iustum illa que significat nullum animal est iustum
hee quidem manifestum est quoniam nunquam erunt neque vere simul neque
in eodem ipso. His vero opposite erunt aliquando ut aliquod animal iustum est
non omne animal iustum. Sequuntur vero ea que est nullus homo est iustus illa
que est omnis homo est non iustus. Illa vero que est, est aliquis homo iustus
opposita que est quoniam non omnis homo est non iustus. Necesse est enim
aliquem. Manifestum est autem quoniam in singularibus etiam si est verum
interrogatum negare quoniam et affirmare verum est ut putasne Socrates
est sapiens non est, ergo Socrates non sapiens est. In universalibus enim
non vera est que similiter dicitur, vera autem negativa ut putasne
omnis homo sapiens est, non, ergo omnis homo non est sapiens. Hoc
enim falsum est, sed non ergo omnis homo sapiens est vera est. Hec
est opposita, illa vero contraria. Ille enim que secundum infinita sunt
contraiacentes nomina vel verba ut in eo quod est non homo vel non iustus
quasi negaciones sine nomine et verbo videbuntur, sed non sunt. Semper enim vel
veram vel falsam negacionem necesse est. Qui vero dixit non homo nichil
magis de homine sed etiam minus verum fuit vel falsum si non aliquid aliud
addatur. Significat autem est omnis non homo iustus nulli illarum idem nec huic
negacio opposita ea que est non est omnis non homo iustus. Illa vero que est omnis non
iustus non homo illi que est nullus iustus non homo idem significat. Transposita

vero nomina et verba idem significant ut est homo albus et est
homo non albus si hoc non est eiusdem multe erunt negationes. Sed ostensum
est quoniam una unius est. Cuius enim que est est homo albus si non est
eadem ei est et est albus homo erit negatio vel ea que est non est non
homo albus vel ea que est non est homo albus. Sed altera quidem ne-
gatio eius que est est non homo albus altera vero eius que est
albus homo. Quare erunt due uni. Quoniam ergo transposito nomine vel
verbo eadem fit affirmatio vel negatio manifestum est. Ut vero unum de
pluribus vel plura de uno affirmare vel negare si non est unum de
pluribus non est una affirmatio vel negatio. Dico autem unum non si unum
nomen positum sit non sit autem unum ex illis ut est fortasse homo
et animal et bipes et gressibile et mansuetum sed ex his unum fit.
Ex albo autem et homine et ambulare non unum. Quare nec unum si
Quare ergo non si unum aliquid de his affirmatio erit una affirmatio vel negatio
sed vox quidem una affirmationes vero multe. Nec si de uno
affirmatur ista sed similiter de pluribus. Si ergo dialectica interrogatio
responsionis est petitio vel propositionis vel alterius partis contradictionis
propositio vero unius contradictionis est. Quoniam huius interrogationis non
erit una responsio ad hec nec una interrogatio nec si sit vera.
Dictum est autem et de hiis in Topicis. Similiter autem manifestum est quoniam
nec hoc ipsum quid est dialectica est interrogatio. Si quis interrogat
quid est animal oportet enim datum interrogationem eligere utrum velit contradictionis
partem quam oportet interrogantem determinare utrum hoc aut hoc sit animal vel non.
Quoniam hec vero quedam composita predicantur alia vero non quid differt est
De homine enim verum est dicere et animal et extra bipes et hoc unum
et hominem album et hoc etiam unum. Sed non si citharedus est et bo-
nus est etiam citharedus bonus est. Si enim quoniam alterutrum dicitur et utrumque
dicatur multa inconvenientia erunt. De homine enim verum est dicere
et hominem et album. Quare rursus et hominem et album si album
et hominem quare aliquis homo albus et homo et albus homo albus

Ut omne sit unum predicatum eorum que extra predicantur

Et homo in musica et bonus musicus musicus albus ambulans et hec eadem
frequenter implicita. Amplius si sutor est et homo et bipes et
est homo bipes. Cum ergo si quis ponat simplices complexiones
fieri plurima inconvenientia contingere manifestum est. Quemadmodum
ponendum est nunc dicemus. Eorum igitur que predicantur et de quibus predicantur
quecumque secundum accidens dicuntur vel de eodem vel alterum de altero
hec non erunt unum ut homo albus est et musicus. Sed non est unum et al-
terum album cum sint utraque eidem; nec si album musicum verum est dicere
tamen non erit album musicum unum aliquid; secundum accidens enim musicum album
dicitur. Quare nec erit unum album musicum. Quapropter nec citharedus bonus sim-
pliciter sed animal bipes. Non enim sunt secundum accidens. Amplius nec quecumque insunt in
alio. Quare neque album frequenter neque homo homo animal vel bipes insunt enim
in homine animal et bipes. Verum autem est dicere de aliquo et simpliciter ut quen-
dam hominem album esse hominem vel quendam album hominem album esse
non autem semper. Sed quando in adiecto aliquid quidem oppositorum inest quod consequitur
contradictio non verum sed falsum est ut hominem mortuum dicere hominem. At quando non
inest verum. Vel et quando inest quidem semper falsum est cum vero non inest non semper verum est
ut Homerus est aliquid ut poeta. Ergo etiam est an non? Secundum accidens enim
dicitur est de Homero; quoniam enim poeta est sed non secundum se predicatur
de Homero quoniam est. Quare in quantiscumque predicationibus neque contrarietas aliqua
aut alia oppositio inest si diffinitiones pro nominibus reddantur et per se predicantur
et non secundum accidens in hiis et simpliciter verum erit dicere. Quod autem non est quoniam
opinabile est non est verum dicere esse aliquid. Opinatio enim eius non est quoniam
est sed quoniam non est. Hiis vero determinatis perspiciendum est quemadmodum
se habent negationes et affirmationes ad se invicem hee scilicet que sunt de possibili esse et non
possibili et contingere et non contingere et de impossibili et necessario. Habet enim aliquas
dubitationes. Nam si eorum que complectuntur ille sibi invicem opposite
sunt contradictiones quecumque secundum esse et non esse disponuntur ut eius que
est esse hominem negatio non esse hominem non autem ea que est esse non
hominem et eius que est esse album hominem negatio est ea que est non esse album
hominem sed non ea que est esse non album hominem. Si enim de omnibus affirmatio aut
negatio verum est lignum erit verum dicere esse album hominem vel non
de eo dicere quod non album hominem. Quod si hoc modo et in quibuscumque esse non

additur idem faciat ad possibile esse. ut cum quod est ambulabile ho-
negare est non esse quare ambulat non homo sed etiam quod est non ambulet ho-
... ambulare et hominem ambulantem esse ...
si ... in omnibus et cum quod est possibile ... non est possibile ... non esse
quod est non possibile esse. Videtur autem idem possibile esse et non. Omne
enim quod est possibile dividi vel ambulare et non ambulare et non dividi possibile
est. Ratio autem est quoniam omne quod sic possibile est non semper in actu est quare inerit
ei et negatio. Potest igitur et non ambulare quod est ambulabile et non videri quod est
visibile. At vero impossibile est de eodem oppositas veras esse dictiones. Non igitur
ista negatio. Contingit enim ex his aut idem ipsum dicere et
negare simul de eodem aut non secundum esse vel non esse quae opponuntur
fieri affirmationes vel negationes. Si ergo illud impossibile est hoc erit magis eligen-
dum. Est igitur negatio eius quod est possibile esse non possibile esse.
Eadem quoque ratio est et in eo quod est contingens esse. Et enim eius negatio non
est non contingens esse. Et in aliis quoque similis modus ut in necessario et im-
possibili. Fiunt enim quemadmodum in illis esse et non esse appositiones,
subiectae vero res hoc quidem album illud vero homo. Eodem quoque hoc loco
esse quidem subiectum fit, contingere vero et posse appositiones determinantes. Quem-
admodum in illis esse et non esse veritatem. Eius vero quod est possibile non esse ne-
gatio non possibile est esse. Non enim contradictiones sunt sibi invicem
possibile est esse et possibile est non esse. Quare et sequi sese invicem videbuntur. Idem enim
possibile est esse et non esse. Sed possibile est esse et non possibile est esse et contra numquam
simul sunt. Opponuntur enim. At vero possibile est non esse et non possibile est non esse
numquam simul. Similiter autem et eius quod est necessarium esse non est ne-
gatio ea quae est necessarium est non esse sed non necessarium esse. Eius vero quod
est necessarium est non esse ea quae est non necessarium est non esse. Et eius quod
est impossibile esse non ea quae est impossibile non esse sed non impossibile esse. Eius
vero quod est impossibile non esse ea quae est non impossibile non esse. Et universaliter
quemadmodum dictum est, esse et non esse oportet ponere quemadmodum subiecta,
negationem vero et affirmationem haec facientem ad unum esse secun-
dum adiungere appositionem. Et has putare oportet esse oppositas dictiones et ne-
gationes: possibile non possibile, contingens non contingens, impossibile non impossibile.

necessarium non necessarium, verum non verum. Consequentiae vero secundum ordinem fiunt ita ponentibus: illi enim quae est possibile esse illa quae est contingit esse, et haec illi convertitur, et quae est non impossibile esse et non necessarium esse; illi vero quae est possibile non esse et contingit non esse ea quae est non necessarium non esse et non impossibile non esse; illi vero quae est non possibile esse et non contingit esse ea quae est necessarium non esse et impossibile esse; illi vero quae est non possibile non esse et non contingit non esse ea quae est necessarium esse et impossibile non esse. Considerentur autem ex subscriptione quemadmodum dicimus: possibile esse, contingit esse, non impossibile esse, non necessarium esse; possibile non esse, contingit non esse, non impossibile non esse, non necessarium non esse; non possibile esse, non contingit esse, impossibile esse, necessarium est non esse; non possibile non esse, non contingit non esse, impossibile est non esse, necessarium esse. Ergo impossibile et non impossibile illud quod est contingit et possibile et non contingit et non possibile sequitur quidem contradictorie, sed conversim; illud quod est possibile esse negatio impossibilis, negationi vero affirmatio; illud enim quod est non possibile esse illud quod est impossibile esse; affirmatio enim est impossibile esse, non impossibile vero negatio. Necessaria vero quemadmodum sit considerandum est. Manifestum est quoniam non sic, sed contrariae sequuntur, contradictoriae autem extra. Non enim est negatio eius quod est necesse non esse non necesse esse; contingit enim veras esse in eodem utrasque; quod enim est necessarium non esse non est necessarium esse. Causa autem cur non sequitur similiter ceteris, quoniam contrarie impossibile necessario redditur idem valens. Nam si impossibile est esse, necesse est hoc non esse sed non esse; si vero impossibile est non esse, hoc necesse est esse. An certe impossibile est sic poni necessarii contradictiones? Nam quod est necessarium esse possibile est esse. Nam si non, negatio consequetur; necesse enim aut dicere aut negare. Quare si non possibile est esse, impossibile est esse; erit igitur impossibile esse quod necesse est esse, quod est inconveniens. At vero illud quod est possibile esse non impossibile esse sequitur, hoc vero illud quod est non necessarium esse. Quare contingit quod est necessarium esse non necessarium esse, quod est inconveniens. At vero neque necessarium esse sequitur possibile esse neque necessarium non esse; illi enim utraque contingit accidere; horum autem utrumlibet verum fuerit, non erunt illa vera. Simul enim possibile est esse et non esse; si vero necesse esse vel non esse, non erit possibile utrumque. Relinquitur ergo non necessarium non esse sequi possibile esse. Hoc enim verum est et de necesse esse. Haec enim fit contradictio eius quae sequitur illud quod est non possibile esse; illud enim sequitur impossibile esse et necesse non esse, cuius negatio non necesse non esse.

Sequitur quod et hec adiacens cum possibilitate non et vel ipsis consequitur
sic possibile possibile quod est contingit esse et non impossibile esse et non necesse esse et non
esse, possibile quod non esse contingit non esse, non impossibile non esse, non necesse non esse,
non possibile esse, non contingit esse, impossibile esse, necesse non esse, non possibile est
non esse, non contingit non esse, impossibile non esse, necesse esse.

Dubitabit autem aliquis si illud quod est necesse esse possibile esse
sequitur. Si enim non sequitur, contradictio sequitur, non possibile esse; et si quis
non dicat esse contradictionem, necesse est dicere possibile non esse, sed falsum
utrumque. At vero rursus idem videtur esse possibile incidi et non incidi et
esse et non esse, quare erit necesse esse contingere non esse; hoc autem falsum. Manifestum
est enim quoniam non omne possibile vel esse vel ambulare ad opposita valet, sed
est in quibus non sit verum. Et primum quidem in his que non secundum rationem possunt, ut
ignis calefactibilis est et habet vim irrationabilem. Ergo rationales potestates
ipse eedem plurimorum etiam contrariorum, irrationabiles vero non omnes, sed
quemadmodum dictum est, ignem non est possibile calefacere et non, nec quecumque alia semper agunt.
Alia vero possunt et secundum irrationabiles potestates simul quedam opposita. Sed hoc idcirco
dictum est quoniam non omnis potestas oppositorum est, nec quecumque dicuntur secundum eandem
speciem. Quedam vero potestates equivoce sunt. Possibile enim non simpliciter dicitur, sed hoc
quidem quoniam verum est ut in actu, ut possibile est ambulare quoniam ambulat, et
omnino possibile esse quoniam iam est actu quod dicitur possibile, illud vero quod forte
aget, ut possibile est ambulare quoniam ambulabit. Et hec quidem
in mobilibus solis est potestas, illa vero et in immobilibus. In utrisque vero verum est dicere non
impossibile ambulare vel esse, et quod ambulat iam et agit et ambulabile. Sic igitur
possibile non est verum de necessariis simpliciter dicere, alterum autem verum est. Quare quoniam partem
universale sequitur, illud quod ex necessitate est sequitur posse esse, sed non omne. Et est quidem
fortasse principium quod necessarium est et quod non necessarium omnium vel esse vel non
esse, et alia ut horum consequentia considerare oportet. Non necesse esse
possibile quod esse contingit esse, non impossibile esse, non necesse esse, possibile non esse
contingit non esse, non impossibile non esse, non necesse non esse, non possibile esse, non
contingit esse, impossibile esse, necesse non esse, non possibile non esse, non contingit non esse,
impossibile non esse, necesse esse. Manifestum est autem ex his que dicta sunt quoniam quod ex necessitate est
secundum actum est. Quare si priora sunt sempiterna et que actu sunt

potentia priora sunt et hec sunt potentia actu sunt ut prima substantie
alia vero sunt actu cum potestate que natura priora sunt tempore
vero posteriora alia vero nunquam sunt actu sed potentia solum. Verum
autem contraria est affirmatio negationi et oratio orationi que dicit quoniam
omnis homo iustus est contraria est alteri que dicit nullus homo iustus est aut omnis homo iniustus
est vicia etc. omnis homo iniustus est. Callias iustus est Callias iniustus non est vel
...

dicit autem hoc quod opinio que est boni quoniam bonum est et que est quoniam non
bonum est ... quoniam malum est ...
...
contraria ... opinio boni quoniam bonum est opinatio et ... quoniam non
bonum est ...
...
falsa est ...
...
contraria ... opinionum ...
...
dicit quoniam malum est ... bonum est implicita est ... bonum est ...
est idem ipsum opinari ... opinio

non est simplex simplex vero est in negationibus ut est ut contra-
simul earum opinionum simul videntur ponimus et contraria erat simplex
opinio boni quoniam bonum est et vero simul vero boni quoniam bonum non est falsa simul
ergo opinionem de bono quoniam bonum est simpliciter est opinio contraria non ea
sed quae est boni quoniam non est bonum. Amplius si etiam in aliis similiter se
habet et hic videbitur bene dictum aut enim ubique est contradictionis aut nusquam.
quibus vero non est contrarium de his est falsa ea quae opposita
veritati ut qui hominem non putat hominem falsus est. Si igitur hae contrariae sunt et aliae quae contradictionis
Amplius autem similiter se habet boni quoniam bonum est et non boni quoniam non bonum
est et super has boni quoniam non bonum est et non boni quoniam bonum. Illi ergo
quae est non boni quoniam non bonum est veri opinioni quae est contraria non enim ea quae
dicit quoniam malum est simul enim aliquando erit vera numquam autem vera verae contraria est
Est enim quiddam non bonum malum quare contingit simul veras esse. At vero nec
illa quae est non malum est vera enim et haec est simul autem et hae erunt. Relinquitur ergo ei quae est non bo-
ni quoniam non est bonum contraria ea quae est non boni quoniam bonum est. Quare et
ei quae est boni quoniam bonum est ea quae est boni quoniam non est bonum.
Palam ergo quoniam nihil interest nec si universaliter ponamus affirmationem
huic enim universalis negatio erit contraria, ut opinioni quae opinatur quoniam omne
quod est bonum bonum est ea quae est quoniam nihil eorum quae bona sunt bonum
est. Nam ea quae est boni quoniam bonum est si universaliter sit boni eadem est ei quae
opinatur quidquid bonum est quoniam bonum est. Similiter autem et in non bono. Quare
si in opinione sic se habet, sunt autem hae quae sunt in voce affirmationes
et negationes notae earum quae sunt in anima, manifestum est quoniam et affir-
mationi contraria quidem negatio circa idem universalis, ut ei quae est
quoniam omne bonum bonum est vel quoniam omnis homo bonus est ea quae est quoniam nullum
vel nullus, contradictorie autem aut non omne aut non omnis. Manifestum est autem
quoniam et veram vero non contingit esse contrariam nec opinionem nec contradictionem.
Contrariae enim sunt quae circa opposita sunt; circa eadem
autem contingit verum dicere eundem, simul autem non contingit
inesse contraria etc. Explicit textus perihermeneias

Incipit liber de anima primus Arestotelis

Bonorum honorabilium notitiam opinantes, magis autem alteram altera aut secundum certitudinem aut ex eo quod meliorum et mirabiliorum est, propter utraque haec animae historiam rationabiliter utique in primis ponemus. Videtur autem et ad veritatem omnem cognitio ipsius multum proficere, maxime autem ad naturam; est enim tamquam principium animalium. Inquirimus autem considerare et cognoscere naturam ipsius et substantiam, postea quaecumque accidunt circa ipsam; quorum aliae propriae passiones videntur animae esse, aliae autem per illam et animalibus inesse. Omnino autem et penitus difficillimorum est accipere aliquam fidem de ipsa. Cum enim sit quaestio communis multis aliis, dico autem eam quae circa substantiam et eam quae quod quid est, forsitan alicui videbitur una quaedam methodus esse de omnibus de quibus volumus cognoscere substantiam, sicut et eorum quae secundum accidens propriorum demonstratio est; quare quaerendum erit methodum istam. Si autem non est una quaedam et communis de eo quod quid est, adhuc difficilius fit negotiari. Oportet enim accipere circa unumquodque quis modus sit. Cum autem manifestum fuerit utrum demonstratio aliqua sit aut divisio aut etiam aliqua alia methodus, adhuc habet multas dubitationes et errores ex quibus oportet quaerere; alia enim aliorum principia sunt, sicut numerorum et planorum. Primum autem forsitan necessarium est dividere in quo genere est et quid sit; dico autem utrum hoc aliquid et substantia sit aut qualitas aut quantitas aut et alia quaedam divisorum praedicamentorum; adhuc autem utrum eorum quae sunt in potentia aut magis endelechia quaedam sit; differt enim non parum. Considerandum autem est et si sit partibilis aut impartibilis, et utrum similis speciei omnis anima aut non; si autem non similis speciei, utrum specie differat aut genere. Nunc enim dicentes et quaerentes de anima humana solum videntur intendere. Verendum autem ut non lateat utrum una ratio ipsius sit, sicut animalis, aut secundum unumquodque altera, velut equi canis hominis dei, animal autem universale aut nihil est aut posterius

sterius est. Similiter autem et si aliquid aliud. Amplius
autem si non multe anime sed partes, utrum prius oportet querere totam
aut partes. Difficile autem et determinare et harum quales apte nate
altere ab invicem, et utrum partes querere prius aut
opera, ut intelligere aut intellectum, et sentire aut sensitivum. Similiter autem et
in aliis. Si autem opera prius, dubitabit utique aliquis si obiecta horum prius
querenda sunt, sicut sensibile sensitivo et intelligibile intellectivo. Videtur autem non
solum quod quid est cognoscere utile esse ad cognoscendum causas accidentium
in substantiis, sicut in mathematicis quid rectum et quid obliquum et quid linea
et quid planum ad cognoscendum quot rectis anguli trianguli sunt equales,
sed e converso accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum quod quid est.
Cum enim habeamus tradere secundum fantasiam de accidentibus aut omnibus aut pluribus,
tunc et de substantia habebimus aliquid dicere optime. Omnis enim demonstrationis
principium est quod quid est. Quare secundum quascumque diffinitiones non contingit
accidentia cognoscere sed neque coniectare de ipsis facile, manifestum est
quod dialectice dicte sunt et omnes vane.

Dubitationem autem habent et passiones anime, utrum sint omnes
communes et habentis, an sit aliqua et anime propria ipsius.
Hoc enim accipere quidem necessarium est, non autem leve. Videtur autem plurium
quidem nullum sine corpore pati neque facere, ut irasci,
confidere, desiderare et omnino sentire. Maxime autem assimilatur proprio
intelligere. Si autem est et hoc fantasia quedam aut non sine fan-
tasia, non continget utique et hoc sine corpore esse. Siquidem igitur
est operum aut passionum propria, continget utique ipsam separari.
Si vero nullum proprium est ipsius, non erit utique separabilis, sed sicut
recto inquantum rectum multa accidunt, ut tangere eneam speram
secundum punctum, non tamen tanget separatum hoc rectum; inseparabile enim est,
quando semper cum quodam corpore est. Videntur autem et anime passiones
omnes esse cum corpore, ut mansuetudo, timor, misericordia, audacia, adhuc gaudium
et amare et odire. Simul enim his patitur aliquid corpus. Indicat

b dicta med phisicorum et dicend sed hec posita fuit quod … prima phisicus diffinit per materiam et dicens per formam quod fit
qua … diffinitio … sic diffinit est ebullitio sanguinis … apparentia …
… quod prima da … quod da … ebullitionem sanguinis … sanguinea …
da … apparentia … apparentia … et forma … phisicus … quod dicit …
… per formam … phisicus … va

v[idelicet] acta magna per [illegible] concordant ad [illegible] [illegible] Novis [illegible]
[illegible] et [illegible] et ad [illegible] [illegible] que [illegible] predictis [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] albus [illegible] ista [illegible] [illegible] gratia [illegible]
[illegible] [illegible] decimo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] die 13 [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Considerare de anima et de omni ...

autem hoc aliquando quidem et manifestius et durius passionibus et gravibus
nichil exacerbari aut timere aliquando autem a parvis et debilibus moveri
cum attendit corpus et sic se habeat quando irascitur adhuc autem magis
hoc manifestum est nullo enim terribili imminente in passionibus timentis
fiunt aliqui. Si autem sic se habet manifestum est quod passiones rationes
in materia sunt. Quare termini tales sunt ut irasci motus quidam talis cor-
poris aut partis aut potentie ab hoc et gratia huius. Et propter hoc iam phy-
sici est considerare de anima aut de omni aut huiusmodi corporis. Dif-
ferenter autem diffiniunt physicus et dialecticus unumquodque ipsorum
ut iram quid est. Hic quidem enim appetitum recontristationis aut aliquid
huiusmodi, ille autem fervorem sanguinis aut calidi circa cor. Horum autem alter
quidem reddit materiam, alter vero speciem et rationem. Hec quidem ratio ipsa vo-
rum. Necesse est enim hanc esse in materia
huiusmodi si erit, sicut domus, eo quidem hec est cooperimentum prohibens
corruptionem a ventis ymbribus et caumatibus. Alia autem dicit lapides
ligna et lateres, alter vero in hiis speciem propter ista. Quis
igitur naturalis horum? Utrum qui circa materiam, rationem autem ignorans, aut
qui circa rationem solum, aut magis qui ex utrisque est? Ille autem quis
utrumque est? Aut non est aliquis qui circa passiones materie non separabiles
neque ut separabiles sunt? Sed physicus circa omnes quecumque huius corporis
et huiusmodi materie opera et passiones sunt. Quecumque autem non sunt huiusmodi
alius est, et de quibusdam quidem artifex est si contingit, ut instructor
aut medicus. Non autem separabilium neque enim in quantum huius corporis
passiones separabiles. Sed ex abstractione mathematicus est. In quantum autem separa-
bilia, primus philosophus. Sed redeundum est unde sermo venit. Dicebamus
autem quod passiones anime non separabiles sunt a physica materia animalium
in quantum tales existunt ut furor et timor, et non sicut linea et pla-
num. Intendentes autem de anima necesse est simul dubitantes de qui-
busdam habundare oportet pertinentes priorum opiniones com-
prehendere quicumque de ipsa aliquid enunciaverunt ut bene quidem dicta

accipiamus. Qui aut ad nos venere hec referemus /

Principium aut questionis est apponere que maxime videntur ipsi inesse
secundum naturam. Animatum enim ab inanimato maxime differre videtur motu et
sensu. Accepimus aut et a progenitoribus hec fere duo de anima. Dicunt
enim quidam et maxime et primo animam esse id quod est movens. Existi-
mantes aut quod non movetur ipsum non contingere movere alterum, eorum que
moventur aliquid animam arbitrati sunt. Unde Democritus quidem quendam
ignem aut calidum dicit ipsam esse. Infinitis enim existentibus figuris et
athomis que spere sunt rotundas dicit ignem et animam, ut in aere mota que
decisiones que videntur per fenestras in radiis, quarum omne semen elementa dicit
esse Democritus totius nature. Similiter aut et Leucippus. Horum aut spere
rotunda animam esse, propter id quod maxime possunt per omne penetrare huiusmodi fi-
gure et movere reliqua cum moveantur et ipsa. Arbitrantes animam esse
quod prebet animalibus motum. Unde et vivendi finem esse respirationem. Constrin-
gente enim aere qui continet corpora et extrudente figuras prebentes animalibus
motum ex eo quod non est propter ipsas quiescere, nullo modo auxilium fieri deso-
ris aut ingredientibus aliis huiusmodi in respirando. Prohibere enim ipsas
dicit que insunt animalibus disgregari prohibentes constringente et eo. Vivere aut
quamdiu hoc possunt facere. Videtur aut et a Pitagoricis dictum eandem
habere intelligentiam. Dixerunt enim quidam ipsorum animam esse que sunt in aere
decisiones. Alii aut has movens. De his aut dictum est propter id quod
continue videntur moveri, et si sit tranquillitas nimia. In idem aut
feruntur et quicumque dicunt animam quod se ipsum movens. Videntur aute
hii omnes existimasse motum maxime proprium anime esse, et alia quidem
omnia moveri propter animam, ipsam aut a se ipsa propter id quod nichil videamus
movens quod non moveatur. Similiter aute et Anaxagoras animam
dicit esse moventem, et si aliquis alius dixit quod omne movet intellectus,
non tamen penitus sicut Democritus. Ille enim simpliciter dicit idem esse
animam et intellectum. Verum enim esse quod videtur. Unde bene fecisse Homerum
quod Hector iacet aliud sapiens. Non itaque utitur intellectu tamquam potentia

quam que secundum veritatem. Hic enim dicit animam et intellectum. Anaxagoras autem minus manifeste de ipsis. Multotiens quidem enim causam ipsius bene et recte operandi dicit intellectum, alibi autem intellectum hoc esse animam. In omnibus enim ipsum inesse animalibus magnis et parvis honorabilibus et inhonorabilibus. Non videtur autem secundum prudentiam dictus intellectus omnibus similiter inesse animalibus, sed neque hominibus omnibus. Quicumque quidem igitur in movere animatum perspexerunt, hii quod maxime motivum opinati sunt animam esse.

Quicumque vero ad cognoscere et sentire ea que sunt, isti dicunt animam principia, alii quidem plura facientes principia, hec alii vero unum hoc, sicut Empedocles quidem ex elementis omnibus, esse autem unumquodque horum, dicens sic: terra quidem terram cognoscimus, ethere ethera, aqua autem aquam, sed igne ignem stygium, et concordia autem concordiam, discordia autem discordiam tristem. Eodem autem modo et Plato in Thimeo animam facit ex elementis: cognosci enim simile simili, res autem ex principiis esse. Similiter autem et in hiis que sunt de philosophia dicta determinatum est, ipsum quidem animal ex ipsa unius idea, et ex prima longitudine latitudine et altitudine, alia autem similiter modo. Adhuc autem aliter: intellectum quidem unum, scientiam autem duo; singulariter enim ad unum; plani autem numerum opinionem, sensum vero eum qui solidi. Numeri quidem enim species et principia ipsa dicebantur, sunt autem ex elementis. Iudicantur autem res alie quidem intellectu, alie vero scientia, alie vero opinione, alie vero sensu. Species autem numeri hii rerum. Quoniam autem et motivum videbatur anima esse et cognoscitivum, sic quidam sunt ex utrisque complicantes, dicentes animam numerum moventem seipsum. Differunt autem in principiis que et quot, maxime quidem corporea facientes et incorporea. Hiis autem miscentes et ab utrisque principia enunciantes. Differunt autem et de multitudine: alii quidem unum, illi vero plura dicunt. Consequenter autem et hiis animam assignant: motivum enim secundum naturam primorum existimaverunt non irrationabiliter. Unde quibusdam visum est ignem esse, etenim hoc in partibus subtilissimum et maxime elementorum incorporeum. Adhuc autem movetur et movet alia primo. Democritus autem subtilius dixit enuncians

Alii quidem: [illegible]

Sunt autem: [illegible]

Quoniam autem et motivum: [illegible]

Maxime quidem: [illegible]

ipse utrumque horum animam esse quod et intellectum esse, illud autem esse primorum

indivisibilium corporum propter subtilitatem partium et figuram propter figu-

rarum autem levem mobilitatem specialiter dicit humidam animam esse intellectum et ignem.

Anaxagoras autem videtur quidem alterum dicere animam et intellectum sicut diximus prius.

Utitur autem utrisque sicut una natura verumtamen intellectum ponit principium maxime

omnium solum quidem igitur dicit ipsum entium simplicem esse et immixtum et

purum. Assignat autem utraque principia eidem cognoscere et movere dicens

intellectum movere omne. Videtur autem Thales ex quibus reminiscuntur motivum aliquid

animam opinari siquidem dixit lapidem animam habere quoniam ferrum movet. Dy-

ogenes autem sicut alii quidam aerem hunc opinatus omnium subtilissimum esse

et principium et propter hoc cognoscere et movere animam secundum quidem quod primum

est etiam ex hoc reliqua cognoscere secundum vero quod subtilissimum motivum est.

Eraclitus autem principium esse dicit animam vaporem ex quo alia constituit et incor-

poralissimum et fluens semper quod movetur motu hoc cognosci. In motu

autem esse entia et ille arbitratus est et alii multi. Similiter

autem hiis Alcmeon opinari visus est de anima. Dicit enim ipsam immor-

talem esse propter hoc quod assimilatur immortalibus. Hoc autem inesse ipsi tamquam

motum semper moveri enim dixit et divina omnia continue et semper ut solem lunam

astra et totum celum. Grossiorum autem quidam et aquam enunciaverunt quemadmodum

ut Hyppus. Credidisse enim visi sunt ex genitura quoniam omnium humida est. Etenim

arguit animam dicentes sanguinem quoniam genitura non est sanguis. Hanc autem

esse primam animam. Alii autem sanguinem quemadmodum Crisias sentire

maxime anime proprium opinantes hoc autem inesse propter naturam sanguinis. Omnia

enim elementa preter terram iudicem acceperunt. Hanc autem nullus protulerunt

nisi si aliquis dixit ipsam esse ex omnibus elementis aut omnia.

Diffiniunt autem tribus omnes animam ut est dicere motu sensu incorporeo.

Horum autem unumquodque reducitur ad principia. Unde et qui cognoscere

diffiniunt ipsam aut elementum aut ex elementis faciunt dicentes similiter alteri

preter unum. Dicunt enim simile cognosci simili. Quoniam enim anima omnia cognoscit

constituunt eam ex omnibus principiis. Quicumque igitur unam aliquam dicunt esse causam

---

Margin notes (best reading):

Hoc [illegible] quia figura [illegible] de [illegible] figurarum [illegible] est mobilis [illegible]

Videtur autem Thales. Nota quod iste philosophus qui vocatur Thales Milesius [illegible] fuisse dicitur [illegible] de [illegible] philosophis [illegible] inter quos alii [illegible] studuerunt circa moralia iste plus [illegible] ad inquisitionem [illegible] de quo [illegible] physica [illegible] speculativa [illegible] Thales [illegible] causas [illegible] completa [illegible] fuisse [illegible] et quia [illegible] antiquiores [illegible] de quibus [illegible] reminiscimur.

Hyppus [illegible] sicut [illegible] aqua [illegible] genitura.

et elementum unum et aliud unum ponunt ut ignem aut aerem plura vero dicentes
principia et aliud plura dicunt. Anaxagoras autem solus impassibilem dicit
intellectum et commune nihil ulli aliorum habere. Hoc autem cum sit quomodo cognoscet
et propter quam causam neque ille dixit neque ex hiis que dicta sunt manifestum est
Quicumque autem contrarietates faciunt in principiis et animam ex contrariis constituunt
Quicumque autem alterum contrariorum ut calidum aut frigidum aut huiusmodi aliquid aliud, et
animam similiter aliquid ponunt horum unum Unde et nominibus consequuntur qui quidem
calidum dicentes quia propter hoc et vivere nominatum est Qui autem frigidum
propter respirationem et refrigerationem vocari animam. Tradita quidem de anima et
propter quas causas sic dicunt hec sunt.

Considerandum autem primum quidem de motu Fortassis enim non solum
falsum est substantiam ipsius huiusmodi esse qualem aiunt dicentes animam esse
quod est seipsum movens aut possibile movere Sed unum quoddam impossibilium est
inesse ipsi motum Quod quidem ergo non necesse sit et quod movet et ipsum moveri
prius dictum est Dupliciter enim movetur omne aut enim secundum alterum aut secundum seipsum
Secundum alterum autem dicimus quecumque moventur ex eo quod in eo quod movetur ut naute
non enim similiter moventur navi hec quidem enim secundum seipsam movetur illi autem ex eo
quod in eo quod movetur. Manifestum autem est in partibus proprius quidem motus est pedum ambu
latio hic autem et hominum et non inest autem nautis tunc. Dupliciter autem dicto moveri
Nunc intendimus de anima si secundum seipsam movetur et participat motu Cum autem
quattuor motus sint loci mutatio alteratio augmentum et decrementum aut
secundum unum horum movebitur aut secundum plures aut secundum omnes Si autem non movetur
secundum accidens natura inerit motus ipsi Si autem hoc et locus omnes enim dicti mo
tus in loco sunt Si autem substantia anime movet seipsam non secundum accidens moveri
ipsi inerit sicut albo et tricubito moventur enim et hec secundum accidens
cui enim insunt movetur illud corpus. Unde non est locus ipsorum anime autem
Generationis — determinat de actu generationis vel de ipso generare.

Iam enim est ipsa substantia. Generat enim nichil seipsum sed salvat. Quare huiusmodi anime principium potentia est possibile salvare suscipiens seipsum, sed quod est huiusmodi alimentum enim prohibet operari. Unde privatum alimento non potest esse. Quoniam autem sunt tria quod alitur et alens, alens quidem est prima anima, quod vero alitur est habens hanc corpus, quo alitur alimentum. Quoniam autem a fine omnia appellari iustum est, finis autem generare tale quale ipsum est, erit utique prima anima generativa tale quale ipsum est. Est autem quo alit dupliciter sicut et quo gubernat et manus et temo, hoc quidem movens et motum, illud autem movens solum. Omne autem alimentum necessarium est posse digeri; operatur autem digestionem calidum. Unde omne animatum habet calorem. Figuraliter igitur quid de alimento quid dictum est. Certificandum autem de ipso est posterius in propriis rationibus etc.

Tractatus tercius secundi libri capitulum

Determinatis igitur hiis dicamus communiter de omni sensu.

Sensus autem in ipso moveri aliquid et pati accidit sicut dictum est. Videtur enim quedam alteratio esse. Dicunt autem quidam et simile sub simili pati. Hoc autem quomodo possibile est aut impossibile dictum est in universalibus rationibus de agere et pati. Habet autem dubitationem propter quid sensuum ipsorum non fit sensus et quare sine hiis que sunt extra non faciunt sensum, existentibus igne et terra et aliis elementis quorum est sensus per se aut secundum accidens. Manifestum igitur est quod sensitivum non est actu sed potencia tantum. Unde non sentiunt sicut combustibile non comburitur ipsum a seipso sine combustivo; combureret enim seipsum et nichil indigeret actu igne esse. Quoniam autem sentire dicimus dupliciter, potencia enim audiens et videns audire et videre dicimus, et si forte dormiens, aut quod iam operans. Dupliciter utique dicetur et sensus, hic quidem sicut potencia, ille autem sicut actu. Similiter autem et sentire. Quam diximus primum igitur tanquam sit idem pati et moveri et agere dicimus, et enim motus actus quidam ipsius imperfecti sicut in alteris dictum est. Omnia enim sensibilia patiuntur et moventur ab activo et ab ente extra. Unde est quidem tanquam a simili pati, est autem ut a dissimili; patitur enim dissimile, passum autem simile est. Distinguendum autem est de

Utrique autem — dat dicam ... [illegible]

Est enim sicut. Sequitur de intento ... [illegible]

ad aliud

potentia et actu. Nunc enim simpliciter dicimus de ipsa. Est enim sciens sic ut si

dicamus hominem scientem quia omnis homo de numero scientium est et habentium

scientiam. Est autem sicut diximus sciente grammaticam. Utrique autem

non eodem modo possibiles sunt eorum. Sed hic quidem quoniam genus huiusmodi et materia est

ille autem quia volens potest considerare aliquid nisi aliud prohibeat exterius.

Iam autem considerans in actu sit per se et proprie hanc litteram a ut hic

sciens est vel grammaticam aut aliam scientiam. Ambo quidem primum secundum potentiam

scientes sunt. Sed hic quidem per doctrinam alteratus et mutatus ex contrario

mutatus est in habitum. Hic autem est ex eo quod habet sensum et grammaticam

non agere autem in agere aliquomodo. Non autem est agere neque pati

simpliciter sed aliud est corruptio quaedam a contrario in alterum. Aliud autem sa-

lus et perfectio magis est eius quod est in potentia ab eo quod est actu similis

sic sicut potentia se habet ad actum. Speculans enim fit habens scientiam quod non est

alterari. In ipsum enim est aut actu aut alterum genus alterationis. Unde bene

non se habet dicere sapientem cum sapiat alterari sicut nec aedificatorem

cum aedificat. Sed primum in eo quod erat in actu quidem ducere ex eo

quod est in potentia intelligentem et sapientem non doctrinam sed alteram denomina-

tionem habere iustum est. Sed ex eo quod est potentia discens et accipiens

scientiam ab eo quod actu ens et a doctrina pati autem videtur

sicut dictum est aut duos esse modos alterationis et unam in privatas

dispositiones mutationem et alteram in habitus naturam. Prima quidem mutatio

sensitivi fit a generante. Cum autem generatum sit habet iam sensum

sicut scientiam et sentire secundum actum. Similiter autem dicitur considerare. Differt

autem quoniam huiusmodi actus operationes sunt extra ut visibile et audibile

similiter autem et reliqua sensuum. Causa est quod singularium ipsorum secundum actum

est sensus. Scientia autem universalium. Haec enim in ipsa sunt quodammodo. Unde intelligere

in ipsa est cum velit. Sentire autem non est in ipsa. Necessarium autem est sensibile

esse praesens. Similiter autem hoc se habet et in scientiis sensibilium

et propter eandem causam quia sensibilia singularium sunt et exteriorum.

Sed de his quidem certificare tempus fiet et iterum. Nunc autem tu

Marginal glosses (left margin):

Ambo quidem primum — dat causam dicam ... potentiam et actum [illegible]

Non autem est agere — ... [illegible]

Speculans enim — ... [illegible]

In actu quidem — ... [illegible]

Utique pati autem — ... [illegible]

Prima quidem mutatio — ... [illegible]

Bottom margin:

Differunt autem — dat differentiam inter intellectum et sensum ... [illegible] ... Unde intelligere

Unde intelligere — dat differentiam inter intellectum et sensum ... [illegible]

Sed de his quidem — ... [illegible]

enim accidit sit dissimile cum autem non similiter sit quod potentia dicitur sed aliud quidem
sicut si dicamus puerum posse militare aliud autem sicut in aetate existente
sic se habet sensitivum. Equivoca autem innominata et circa dicta determinatum
autem de his quoniam altera et quomodo altera sit. Uti autem necesse est ipso
pati et alterari tamquam propriis nominibus. Sensitivum potentia est ut sensibile
iam actu sicut dictum est. Patitur autem igitur cum simile sit passum autem
simulatur ut est idem. Dicendum autem est secundum unumquemque sensum de
sensibilibus primo. Dicitur autem sensibile tripliciter quorum quidem
duo dicimus per se sentire, unum autem per accidens. Duorum aliud quidem proprium
est uniuscuiusque sensus aliud vero commune omnium. Dico autem proprium
quod non convenit altero sensu sentiri et circa quod non contingit erra-
re ut visus coloris, auditus soni et gustus humoris. Tactus autem plures
habet differentias sed unumquodque iudicat de ipsis et non decipitur visus
quoniam color est neque auditus quoniam sonus. Sed quid est non cognoscit
coloratum aut ubi aut quid est sonans. Huiusmodi dicuntur propria uniuscuiusque
sensus. Communia autem sunt numerus, quies, motus, figura, magni-
tudo. Huiusmodi enim nullius unius propria sunt sed communia omnibus.
Tactu enim motus sensibilis et visui. Per se quidem sunt sensibilia. Secundum
accidens autem dicitur sensibile ut si sit album Diarem filius. Secundum accidens
autem hoc sentitur quoniam accidit albo hoc quod sentitur. Unde nihil patitur
sed huiusmodi quod a sensibili. Sensibilium autem secundum se propria proprie sensi-
bilia sunt ad quae substantia apta nata est uniuscuiusque sensus.
Cuius quidem est visus hoc est visibile. Visibile autem est color et ali-
quid quod ratione quidem est dicere, innominatum autem existens, manifestum autem
erit maxime ingredientibus. Visibile enim est color. Hoc autem est
in eo quod secundum se est visibile. Secundum se non autem ratione sed quoniam in se
ipso habet causam visibile. Omnis enim color est motivus eius
quod secundum actum diaphani est et hoc est ipsius natura. Unde quidem non
est visibile sine lumine sed omnis cuiuslibet corporis color in lumine
visibile est. Ex quo de lumine primo dicendum est. Est igitur diaphanum

Diaphanum autem dico quod quidem visibile est non autem secundum se visibile ut simpliciter
est dicere sed propter colorem extraneum. Huiusmodi autem est aer et aqua et mul-
ta solidorum. Non enim secundum quod aqua neque secundum quod aer diaphanum est
sed quoniam est natura eadem in utrisque et in perpetuo superiori
corpore. Lumen est autem huius actus diaphani secundum quod diaphanum.
Potentia autem in quo est hoc et tenebra. Lumen autem ut color est
diaphani cum fit actu diaphanum ab igne aut huiusmodi ut quod est
sursum corpus etenim aliquid inest huic unum et idem. Quid
quid igitur diaphanum et quid lumen signat dictum est, quia
neque ignis neque omnino corpus neque defluxus ullius corporis
esset enim aliquod corpus quod aut ignis aut huiusmodi alicuius
presencia est in diaphano. Neque enim est possibile duo corpora in
eodem esse loco. Videtur autem lumen esse contrarium tenebre. Est
autem tenebra privacio huiusmodi habitus ex diaphano. Quare
palam quod huius presencia lumen est. Et non recte sic Empe-
docles neque si aliquis alius dixit sic quod feratur et extendatur
in medio terre et continentis nos autem lateat. Hoc enim est preter ea
que in ratione est veritatem et preter ea que videntur. In parvo
enim spacio lateret, nos ab oriente in occidentem nos latere et magna
quidem est et questio multum. Est autem colorum susceptibile quod sine
colore est, soni autem absonum. Sine colore autem diaphanum est
et invisibile aut quod vix videtur ut nox videtur et quod tene-
brosum. Huiusmodi autem diaphanum quidem est sed non cum actu
sit diaphanum sed potencia. Eadem enim natura quandoque quidem
tenebra et quandoque lumen est. Non autem omnia visibilia sunt in lumine
sed solum uniuscuiusque color proprius. Quedam enim in lumine non
videntur in tenebris autem faciunt sensum ut que ignea videntur et
lucencia. Non autem nominata sunt uno nomine ut cornus putredines
cornu capita piscium et squame et oculi sed nullius videtur horum
proprius color. Propter quam autem causam hec videntur alia ratio est

Nunc autem manifestum sit quoniam hoc quod videtur in lumine color est,
unde non videtur sine lumine. Hoc enim erat ipsi colori esse motivum
esse secundum actum dyaphani; actus autem dyaphani lumen est. Signum autem
huius manifestum est. Si quis enim ponat habens colorem super ipsum visum,
non videbitur, sed color movet lucidum ut aer, et ab hoc ipso continuo
existente movetur quod sensitivum. Non enim bene dicit Democritus opi-
natus esse, si vacuum esset medium perspici utique certe et si formica esset
in celo. Hoc enim impossibile est; paciente enim sensitivo aliquid fit
ipsum videre; ab ipso igitur qui videtur colore impossibile est pa-
tiatur. Relinquitur autem a medio, quare necesse est esse aliquod
medium. Vacuo autem facto non solum non certe, sed omnino nil videbitur.
Propter quam quidem igitur causam colorem necesse est in lumine videri di-
ctum est. Ignis autem in utrisque videtur, et in tenebris et in lumine,
et hoc ex necessitate; dyaphanum enim ab hoc lucidum fit. Eadem ratio
de sono et odore. Nichil enim ipsorum tangens sensitivum facit sensum, sed
ab odore quidem et sono media movetur, ab hoc autem sensitivum utrumque.
Cum autem super ipsum sensitivum aliquis apponit odorans aut sonans, neque
unum sensum faciet. De tactu autem et gustu habet quidem similiter, non
autem videtur; propter quam causam posterius erit manifestum. Medium autem
sono quidem aer est, odori autem innominatum est; communis enim quedam
passio est ab aere et aqua, sicut dyaphanum colori sic et habenti
odorem quod est in utrisque hiis; videntur enim animalia aquatilia habere
odoris sensum, sed homo quidem et pedibus ambulantium quecumque
respirant impossibilia sunt odorare nisi respirando. Causa autem horum posterius.

Nunc autem primum de sono et olofactu vel potius de auditu
determinemus. Est enim duplex sonus: hic quidem enim est actu
aliquis, alius autem potentia. Alia autem nullum dicimus habere sonum, ut spongiam,
lanam; quedam autem habent, ut es et quecumque plana et levia sunt,
quoniam possunt sonare; hoc autem est ipsius medii et auditus sonum facere
actu. Fit autem qui secundum actum semper sonus alicuius ad aliquid et in aliquo

declarat quod ad sonum requiritur verberans et verberatum

quod aer sit medium ipsius auditus et quod audimus in aere et in aqua

percussio enim est faciens unde impossibile est cum sit unum fieri sonum. alterum enim est verberans et quod verberatur quare sonans ad aliud sonat. Ictus autem non fit sine motu. sicut autem diximus non quorumcumque ictus sonus est nullum enim sonum faciunt pili et si percutiantur sed es et quecumque levia et concava sunt sicut es quidem quoniam leve est concava autem repercussione faciunt multos ictus post primum impotenti exire quod motum est. amplius auditur in aere et in aqua aut sed minus Non est enim soni dominus aer neque aqua sed oportet firmorum percussio fieri ad invicem et ad aerem. hoc autem fit ut maneat percussus aer et non solvatur Unde si velociter et fortiter percutiatur sonat. oportet enim preoccupare fractionem aeris sicut si congregationem aut cumulum lapillorum percutiat aliquis latum velociter. Echon autem fit cum ab aere uno facto propter vas determinans et prohibens diffundi iterum aer depellitur sicut spera. Videtur autem semper fieri echon sed non certa. quia accidit in sono sicut et in lumine et enim semper lumen repercutitur neque enim fieret penitus lumen sed tenebra extra solem sed non sic repercutitur sicut ab aqua aut ab aere aut ab aliquo alio levium Quare tenebra facit qua lumen terminamus. Vacuum enim recte dicitur proprium audiendi Videtur enim vacuum esse aer. hic autem est faciens audire cum movetur continuus et unus sed propter id quod fragilis est non sonat neque leve sit quod percutitur tunc autem unus fit simul enim propter planum Unde non est levis planum Sonativum quidem igitur quod motivum unius aeris continuitate usque ad auditum. auditus vero connaturalis est aeri propter id quod in aere est moto exteriori aere qui in terra movetur. propter quod quidem non ubique audit animal neque ubique penetrat aer. enim non ubique aerem movendi partes et animatum sicut pupilla humidum. per se quidem insonabilis aer propter id id autem facile est cessibilis. cum vero prohibeatur diffundi huius motus sonus est. hic autem est in auribus edificatus cum hoc quod immobilis est quatenus certe sentiat omnes differentias motus. propter hoc autem et in aqua audimus quoniam non ingreditur ad ipsum materialem aere

sed neque in aerem propter refractionem. Utrum autem hoc accidat non audit
nisi meninga sicut que super pupillam pellis laborat. Sed signum est
audiendi aut non sonare aurem sicut cornu semper enim quendam proprium
motum aer movetur in auribus sed sonus alienus et non proprius est
et propter hoc dicunt antiqui audire vacuo et sonanti quia audimus
habentes determinatum aerem. Utrum autem sonat verberans aut quod verberatur
aut utrumque modo autem alio est enim sonus motus possibilis moveri hoc modo
quo quedam saltantia a levibus si aliquis tangeret. Non igitur sicut dictum
est omne sonat quod verberatur et verberans ut si obvientur acus acui
sed oportet quod percussum regulare esse ut aer subito non dissiliat et
moveatur. Differentie autem sonantium in sono ostenduntur secundum actum. Sicut enim
non videntur colores sine lumine sic neque sono acutum et grave. Hec autem
dicuntur secundum metaphoram ab illis que tanguntur. Acutum enim movet
sensum in pauco tempore in multum grave autem in multo in paucum. Non igitur tamen
velox est acutum grave autem tardum. Sed fit hoc quidem propter velocitatem
huius motus illius vero propter tarditatem. Et videntur habere
similitudinem circa tactum et acuto et hebeti. Acutum enim quasi pungit
hebes vero quasi pellit propter id quod movet hoc quidem in multo illud
vero in pauco. Quare accidit hoc quidem velox illud tardum esse. De
sono igitur determinatum sit. Vox autem sonus quidam est animati. In-
animatorum enim nullum vocat sed secundum similitudinem dicuntur vocare ut tibia
lira et quecumque alia inanimatorum extensionem habent et melos et locutionem.
Assimilantur enim quia et vox hec habet. Multa enim animalium vocem non
habent ut que sunt sine sanguine et sanguinem habentium pisces.
et hoc rationabiliter siquidem aeris motus sonus est. Sed quidam autem
dicuntur vocare ut qui in Acheloo sonant branchiis aut quodam
altero huiusmodi. Vox autem sonus animalis est et non qualibet parte. Sed
quoniam omne sonat verberante aliquo et aliquid et in aliquo hoc
autem est aer. Rationabiliter autem utique vocabunt hec sola quecumque
recipiunt aerem. Jam enim respirato utitur natura in duo opera sicut lingua

Sed quidam autem [illegible]

Vox autem etc. [illegible]

Secundum etc. [illegible]

in gustu et locutione quorum quidem gustus necessarius est unde et in pluribus inest interpretatio autem propter bene esse. Sicut et spiritus et calorem intrinsecum tanquam necessarius est. Causa autem in alteris dicta est et ad vocem ut sit quod bene. Organum autem respirationis vocalis arteria est. Cuius autem causa est particula pulmo. Hac enim parte plus habet calorem pedibus gradientia aliis. Indiget autem respiratione et aere cor locus primus. Unde necesse est interius inspiratum aerem ingredi. Quare percussio respirati aeris ab anima que est in his partibus ad vocalem arteriam vox est. Non enim omnis alius sonus est vox sicut diximus. Est enim et lingua sonare tussientes sed oportet animatum esse verberans cum ymaginatione aliqua. Significativus enim quidem sonus est vox et non respirati aeris sicut tussis. Sed in isto verberat eum qui est in arteria ad ipsam. Signum autem est non posse vocare respirantem neque expirantem sed detinentem. Movet enim isto detinens. Manifestum autem et quod pisces sine voce sunt. Non enim habent guttur. Hanc autem particulam non habent quia non respirant aerem neque expirant. Sed qui dicunt sic peccant. Propter quam ergo causam altera ratio est etc.

De odore autem et olfactibili minus autem determinatum est dictis. Non enim manifestum est quale quid est sicut sonus aut visibile vel lumen. Causa enim est quia sensum hunc non habemus certum sed peiorem multis animalibus. Prave enim odorat homo quia nichil odorat odorabilium sine tristitia et letitia sicut non existente certo organo sensitivo. Rationabile autem sic et pisces sentire colores. Non manifeste enim ipsis sunt differentie colorum nisi terribilium et non terribilium. Sic autem et odores hominum genus. Videtur autem et analogiam habere ad gustum et similiter species saporum his que sunt odoris. Sed certiorem habemus gustum propter id quod ipse quidam tactus est. Habet homo sensum certissimum. In aliis enim deficit ab aliis multis. Secundum autem tactum differenter certificat. Unde homo et prudentissimum animalium est. Signum autem et in genere hominum secundum sensum hunc ingeniosos esse et non ingeniosos secundum autem aliud nullum.

Organum autem etc. — vocalis arteria posita in loco vocis ... ad vocalem arteriam

Quare percussio etc. — concludit diffinitionem vocis tanquam ... dictis

Non enim etc. — manifestat quoddam quod erat dubium in diffinitione predicta

Signum autem etc. — quod dixerat probat per signum dictum

Duri enim carne inepti mente molles enim carne bene apti Est autem
sicut sapor hic quidem dulcis ille vero amarus sic et odores sed
alia quidem proportionales habent odorem et saporem dico dulcem
odorem et dulcem saporem alia vero contrarium similiter autem et acer est austerus
et acutus et pinguis est et odor Sed sicut diximus propter id quod non val-
de per se manifesti sunt odores et sapores ab his acceperunt nomina
secundum similitudinem rerum dulcis enim a croco et melle acer autem a thymo
et huiusmodi eodem modo et in aliis Est autem sicut auditus et unus-
quisque sensuum hic quidem audibilis et non audibilis ille vero visibilis
et non visibilis et olfactus odorabilis et non odorabilis Non
odorabile autem aliud quidem secundum id quod omnino impossibile est habere odorem
aliud vero parvum habet et pravum Similiter autem et non gustabile
dicitur Est autem olfactus per medium ut aerem aut aquam quia namque
aquatilia videntur odorem sentire Similiter autem et que sanguinem
et sine sanguine sunt et que in aere Etenim horum quedam occurrunt
ad alimentum que ab odore moventur Unde et dubium videtur
si omnia quidem similiter odorant homo autem respirans et non respirans
sed expirans aut retinens spiritum non odorat neque a longe neque
prope neque in nasum intus ponatur et hoc quidem in ipso positum
quod sentiri impossibile est omnibus commune est Sed sine respiratione non sen-
tire proprium hominum Manifestum autem est tentantibus quare sanguinem non
habentia non odorant quoniam non respirant aliquem utique sensum
quendam habet preter eos qui dicti sunt Sed impossibile est siquidem
sentiunt odorem odorabilis enim sensus et mali et boni odoramenti olfa-
ctus est Amplius autem et corrumpi videntur illud a fortibus odoribus ex
quibus homo corrumpitur ut sulphure et huiusmodi Olfacere quidem igitur
habere necesse est sed non respirantia Videtur autem et omnibus differre hoc
sensitivum ab hiis que aliorum animalium sicut oculi ab eis que durorum oculorum
sunt hec quidem enim habent tegmina et sicut velamen palpebras quas
aliquis non movens neque elevans non videt durorum autem oculos

nichil humidi habent sed mox vident que sunt in humido Sunt igitur
odoratum ipsum alias quidem sine operculo esse sicut oculus alias vero
aerem recipientibus discooperiri ampliantibus venis et poris Et
propter hoc respiratio non odorat in aqua necessarium est enim odorare
sentiri respirantia. Hoc autem in humido facere impossibile. Est autem odor
sicci sicut humor humidi. odoratum autem ipsum potentia huiusmodi est.

Gustabile igitur est quoddam tangibile et hoc est causa quare non
est sensibile per medium extraneum corpus neque enim tactus et corpus
in quo est humor quod gustabile in humido sicut in materia. hoc autem
quoddam tangibile Unde et si in aqua essemus sentiremus utique appositum
dulce Non autem esset nobis sensus per medium sed in eo quod misceretur humido
sicut in potu Color autem non sic videtur in eo quod miscetur neque deflu-
xionibus Sicut quidem igitur medium nichil est ut autem color visibile
sic gustabile humor est. Nichil autem facit humoris sensum sine humiditate
sed habet actu aut potentia humiditatem ut salsum bene enim liquidum
est ipsum et liquefactivum lingue. Sicut autem visus visibilis est
et non visibilis tenebra autem invisibilis est iudicat autem et hoc
visus adhuc autem et valde splendidi est enim et hoc invisibile
alio autem modo et tenebra Similiter autem et auditus soni quidem et silentii
quorum hoc quidem audibile illud autem non audibile et magni soni
sicut visus est splendidi Sicut enim parvus sonus inaudibilis quo-
dammodo et magnus et violentus Invisibile autem aliud quidem omnino dicitur
sicut et in aliis impossibile aliud autem si aptum natum sit non habeat
autem prave sicut gressibile quod sine pedibus et sine gressu dicitur
Sic autem gustus gustabilis et non gustabilis. hoc autem est parvum
aut pravum habens humorem aut corruptivum gustus Videtur autem principium
esse gustabile et non potabile Gustus enim utrumque. sed hoc quidem
ut pravum et corruptivum gustus illud autem secundum naturam Est autem commune
tactus gustus et potabile Quoniam autem humidum quidem gustabile ne-
cesse sensitivum ipsius neque humidum esse actu neque impossibile fieri humidum

patitur enim aliquid gustus a gustabili secundum quod gustabile est. Necesse
ergo humectari possibile quidem salvatum, non autem humidum
esse, gustativum sensitivum. Signum autem non sentire neque aridam existentem linguam
neque multum humidam. Hic enim tactus fit primi humidi, sicut cum
prelibans aliquis fortem humorem gustet alterum, et ut laborantibus
amara omnia videntur propterea quod lingua plena huiusmodi humi-
ditate sentiunt. Species autem humorum sicut et in coloribus simplices quidem
contrarie sunt, sicut dulce et amarum; habita autem huic quidem
pingue, illi autem salsum. Media autem horum et austerum et ponticum
et acutum. Fere enim hec videntur esse differentie humorum. Quare gustativum quod potentia huiusmodi, gu-
stabile autem quod actu faciens.

De tangibili autem et tactu eadem ratio similiter.

Si tactus non est unus sensus sed plures, necessarium et tangi-
bilia sensibilia plura esse. Habet autem dubitationem utrum plures sint aut
unus, et quid est sensitivum tangibilis, utrum caro et in aliis proportionale
aut non, sed hoc quidem medium, primum autem sensitivum aliquid aliud est intus.
4 Omnis etenim sensus unius contrarietatis esse videntur, ut visus albi
et nigri, auditus gravis et acuti, gustus dulcis et amari. In tangibili
autem multe insunt contrarietates: calidum frigidum, humidum et siccum, durum
et molle, et aliorum quecumque huiusmodi sunt. Habet autem solutionem quandam
ad hanc dubitationem et quod in aliis sensibus sunt contrarietates plures,
ut in voce non solum acumen et gravitas, sed et magnitudo et parvitas et lenitas
et asperitas vocis et similia alia. Sunt autem et circa colorem differentie huiusmodi
altere. Sed quod unum subiectum sicut auditui sonus, sic tactui non est manifestum.
4 Utrum autem est sensitivum intus aut non, sed mox caro, nullum videtur esse
signum fieri sensum simul tactis. Etenim nunc si aliquis circa carnem
extenderet pellem ut faciens hymen, similiter sensum mox tactum in-
sinuat; et tamen constat quod non est in hoc sensitivum. Si autem et connaturale fuerit,
citius utique pertransiret sensus. Propter quod talis pars corporis videtur
sic se habere sicut aer si circulariter nobis appositus natus esset. Videremur
autem uno quodam sentire et sonum et odorem et colorem, et unus quidam sensus esse

ut auditus et visus et olfactus Nunc autem quidem determinatum per quod fiunt
motus inanimata sunt predicta sensitiva et alia In tactu autem hoc quidem
nunc immanifestum est Ex aere quidem enim aut aqua impossibile est constare animatum
corpus oportet enim firmum et reliquatur autem mixtum ex terra et ex
hiis esse ut vult caro et proportionabile Quare necessarium est et corpus et
quod medium est tactivi conadunatum per quod fiat sensus cum sit plures
Demonstrat autem quod sint plures lingua tactus omnia tangibilia sentit secundum
eandem partem et saporem Si quidem igitur et alia caro sentiret saporem
unus et idem noster sensus et gustus et tactus Nunc autem fiunt duo propter
id quod non convertuntur Dubitabit autem aliquis si omne corpus profunditatem habet
hoc autem est tertia magnitudo quorum autem corporum medium est aliquod corpus
non contingit ipsa ad invicem se tangere. Humidum autem sine corpore
neque humectatum sed necesse est aquam esse aut aquam habere. que vero
tanguntur ad invicem in aqua nisi sint sicca extrema necesse est aquam
habere mediam quo repleta sunt ultima Si autem hoc verum est impossibile
est aliquid tangere in aqua Eodem modo est et in aere Similiter autem se
habet aer ad ea que sunt in aere et aqua ad ea que sunt in aqua
Latet autem magis nos sicut et que sunt in aqua alia si humectatum
tangit humectum Utrum igitur omnium similiter ut sensus aut aliorum aliter sicut
nunc videtur gustus et tactus in tangendo esse alii autem a longe
hoc autem non est sed durum et molle per alia sentimus sicut et visibile sona
bile et odorabile Sed alia quidem a longe alia vero prope propter quod latet
quod omnia quidem sentimus per medium Sed in hiis latet et quidem sicut diximus
prius si per pellem sentiremus tangibilia ignorato quod prohibet Similiter
habemus utique sicut et nunc in aere et in aqua putamus enim nunc
ipsa tangere et nichil esse per medium Sed differt tangibile a visibi
bus et sonativis Quoniam quidem illa sentimus ex eo quod medium movet aliquid
nos tangibilia vero non a medio sed simul cum medio sicut per clipeum
percussus non enim clipeus percussus percussit sed simul accidit utique percuti
Omnino autem videtur caro et lingua sicut aer et aqua adiacentes ad visum

et ad auditum et ad olfactum sic habet sicut se habet ad visum sic illorum
unumquodque. ipso autem sensitivo tacto neque ibi neque hic fiet utique sen-
sus et si quis ponat corpus album in oculi ultimum. quod est manifestum
quod interius ~~sit tangibilis sensitivum. Erit enim utique accidit quod quidem in~~
~~aliis~~ apposita enim sunt sensibilia super sensitivum non sentiuntur super autem
carnem tangibilia posita sentiuntur quare medium tactivi caro est

Tangibiles autem sunt differentie corporis secundum quod corpus. Dico autem
differentias quibus elementa determinantur calidum frigidum humidum et
siccum de quibus prius dictum est in hiis que sunt de elementis. Sensitivum
autem ipsorum illud quod tactivum est et in quo sensus vocatus tactus est
primo quod potentia huiusmodi pars est. sentire enim pati quoddam est
quare faciens quale actu huiusmodi id facit cum potentia sit. Unde simile
calidum et frigidum aut durum aut et molle non sentimus sed excellentias
tamquam sensu velut medietate quadam existente eius que est in sensibilibus con-
trarietatis et propter hoc discernit sensibilia. medium enim discre-
tivum est. fit enim ad utrumque ipsorum alterum ultimorum. Et oportet sicut de-
bens sentire album et nigrum. neutrum ipsorum esse actu potentia autem utrumque
Sic autem et in aliis et in tactu neque calidum neque frigidum. Amplius autem
sicut visibilis et invisibilis erat quodammodo visus similiter autem et reliqua opposi-
torum sic et tactus tangibilis et intangibilis. Intangibile autem omnino
habens parvam differentiam tangibilium ut passus est aer et tangibilium excellen-
tie sicut corruptiva. Secundum igitur unumquemque sensum quidem est dictum
figuraliter. Oportet autem de omni sensu universaliter accipere quod sensus est quidem su-
sceptivus specierum sine materia ut cera anuli sine auro et ferro recipit
figuram accipit autem aureum aut eneum signum non inquantum aurum aut es
Similiter autem et sensus uniuscuiusque ab habente colorem aut saporem aut
sonum patitur sed non inquantum unumquodque illorum dicitur sed inquantum
huiusmodi et secundum rationem. Sensitivum autem primum est in quo ea potentia
est quidem igitur idem sed esse alterum est. magnitudo enim quedam est quedam
et quo sensus patitur non tamen sensitivo esse neque sensus magnitudo est

sed ratio quedam et potentia illius. Manifestum autem ex hiis et propter quid sensi
bilium excellentie corrumpunt sensitiva. Si autem sit fortior sensitivo mo
tus, solvitur ratio. hoc autem erat sensus, sicut et symphonia et
tonus percussis fortiter cordis. Et propter quid plante non sentiunt
utique habentes quandam partem animalem et patientes a tangibili
bus; etenim calefiunt et frigefiunt. Causa enim non habere medietatem
neque huiusmodi principium quod possit recipere species sensibilium, sed pati cum materia.
Dubitabit autem aliquis si patiatur aliquid ab odore quod impossibile
erit olofactum habere vel possibile pati ab odore. Eadem autem ratio est
aut a colore non possibile videre. Similiter autem et in aliis. Si autem olo
factibile odor, si aliquid facit, olofactum odor facit; quare impossibilium
olofactum habere nichil possibile pati ab odore. Eadem autem ratio est in
aliis, neque possibilium, sed inquantum unumquodque sensitivum. Simul autem manifestum est
et sic: neque lumen et tenebra neque sonus neque odor ullum facit in
corpore, sed in quibus est, ut aer qui cum tonitruo scindit lignum. Sed
tangibilia et humores faciunt; si enim non, a quo utique paterentur
inanimata et alterarentur? Ergo et ista facient. Aut non omne corpus
passivum ab odore et sono, sed patientia indeterminata et que non manent,
ut aer; fetet enim sicut patiens aliquid. Quid igitur est odorare preter
pati ab odore aliquid? Aut odorare sentire est, aer autem passus cito fit sensibilis.

Quod autem non sit sensus alius preter quinque sensibilis sit,
quinque dico autem hos visum auditum olofactum gustum
tactum, ex hiis credet aliquis. Si enim omnis cuius est sensus
tactus et nunc habemus, omnes enim tangibiles qualitates et
quantum tangibiles passiones sunt tactu nobis sensibiles, et ne
cesse est si quidem sensus aliquis nobis deficiat et organum aliquod nobis
deficere; et quecumque quidem nos ipsi tangentes sentimus a tactu sen
sibilia sunt, quem utique habentes; quecumque vero per media
et non ipsi tangentes sentimus simplicibus, dico autem ut aere aut
aqua. Habet autem sic ut si quidem per unum plura sensibilia existentia altera

[illegible]

ab inmixtis generibus. Videtur autem quadam habentibus sensitivum utrorumque sensi-
bilium etc. ut si ex aere est sensitivum et est aer soni et coloris. Si vero plura
sint ut eiusdem sensibilis et aer et aqua, utraque enim dyaphana sunt,
et qui alterum ipsorum habens solum sentiet id quod per utraque. Aut
quod ab ambobus. Simplicium autem ex duobus hiis sensitiva solum
sunt ex aere et aqua. Pupilla quidem enim aque, auditus vero
aeris, olfactus autem horum alterius est. Ignis autem aut nullius est aut
communis omnibus, nichil enim sine calore sensitivum est. Terra vero
nullius est sensitivum aut in tactu maxime mixta. Unde relinquitur
nullum sensitivum esse extra aerem aut aquam. Hec autem et nunc
quedam habent animalia. Omnes igitur sensus habentur a non imperfectis
neque orbatis. Videtur autem et talpa sub pelle habere oculos. Quare
si non aliud est corpus alterum et est passio que nullius horum
que sunt hic corporum, neque unus utique deficiet sensus. At vero
neque communium potest esse sensitivum aliquod proprium quorum unoquoque sensu
sentimus non secundum accidens sed per se, ut motus, status, fi-
gure, magnitudinis, numeri. Hec enim omnia motu sentimus, ut ma-
gnitudinem motu, quare et figuram, magnitudo enim quedam enim
et figura. Quiescens autem in eo quod non movetur. Numerus vero
negatione continui et propriis. Unusquisque enim unum sentit
sensus. Quare manifestum est quod impossibile est cuiuslibet proprium sensum
esse horum ut motus. Sic enim est sicut nunc visu dulce sentiremus.
Hoc autem est quoniam amborum existit habentes sensum quo cum concur-
runt cognoscimus. Si vero non, nequaquam utique sed nisi
secundum accidens sentiebamus, ut Cleonis filium non quia Cleonis filius
est, sed quia albus. Huic autem accidit filium Cleonis esse etc.
Communium autem habemus sensum iam communem non secundum accidens. Sed per se non igitur
est proprius; nequaquam enim utique sentiremus, sed aut sic sicut dictum
est Cleonis filium nos videre. Ad invicem enim propria secundum accidens
sentiunt sensus non secundum quod ipsi sunt sed secundum quod unus cum simul fiant

Quare etc.

At vero neque etc.

sensus in eodem ut coleram quod amara et rubea. Non enim est alterius dicere quod ambo unum propter quod decipitur et si sit rubea coleram opinatur esse. Inquiret autem aliquis cuius causa plures sensus habemus sed non unum solum. Aut quatenus minus lateant consequentia et communia ut motus et magnitudo et numerus. Si enim esset visus solus et ipsi albi laterent utique magis et esse videretur idem omnia propter id quod consequuntur se ad invicem simul ut color et magnitudo. Nunc autem quoniam in altero sensibili communia sunt manifestum facit quod aliud quidem unumquodque ipsorum est.

Quoniam autem sentimus quod videmus et quod audimus necesse est aut visu sentire quod videt aut altero sensu. Si autem alio aut ipse est quod videt ut altero sed idem erit visus et subiecti coloris quare aut duo erunt eiusdem aut idem ipse sui. Amplius autem si et alter sit visus sensus aut in infinitum procedetur aut aliquis ipse sui erit quare in primo hoc faciendum est. Habent autem dubitationem. Si enim visu sentire videre est videtur autem color aut habens colorem. Si autem videbit aliquis quod est primum videns colorem habebit. Manifestum igitur quod non est unum visu sentire et namque cum non videmus visu discernimus et lumen et tenebras sed non similiter. Amplius autem et videns est tanquam coloratum. Sensitivum enim susceptivum est primum sensibilis sine materia unumquodque. Unde abeuntibus sensibilibus insunt sensus et fantasie. Sensibilis autem et sensus autem actus idem est et unus. Esse autem ipsorum non idem. Dico autem ut sonus secundum actum et auditus. Est enim auditum habentem non audire et habens sonum non semper sonat. Cum autem operatur potens audire et sonet potens sonare tunc secundum actum auditus simul fit et secundum actum sonus quorum dicet aliquis hoc quidem esse auditionem hoc vero sonationem. Si igitur motus actio et passio in eo quod agitur necesse est sonum et auditum qui secundum actum in eo quod est secundum potentiam esse. Activi enim et motivi actus in patiente fit unde non necesse est quod movens

moueri sonatiuum quando igitur actu est ut sonus est sonatio qui
dam autem auditus audicio est dupliciter enim auditus et dupliciter sonus. Ead(em)
autem racio est et in aliis sensibilibus et sensibus sicut in actio et pas
sio in paciente sed non in agente sic sensibilis actus et sensitiui et
sensatio est sed in quibusdam quidem nominatum ut sonatio et audi
cio in quibusdam autem non nominatum est alterum. Visio enim est visi
actus qui vero est coloris non nominatum et gustatiui gustatio est huius
rei autem non nominatum. Quoniam autem unus quidem est actus sensibilis et
sensitiui esse autem alterum est necesse est sic corrumpi et saluari sic di
ctum est auditum et sonum et humorem igitur et gustum et alia similiter que
dicta autem secundum potenciam non necesse. Sed priores philosophi hoc non be
ne dicebant nichil opinantes neque album neque nigrum sine visu esse
neque humorem sine gustu. Sic quidem enim dicebant recte, sic autem
non recte. Dupliciter enim sensus et sensibilis hiis quidem secundum potenciam
hiis vero secundum actum. De hiis quidem accidit quod dictum est sed in aliis
non accidit. Sed illi simpliciter dicebant de dictis non simpliciter. Si autem
symphonia vox quedam autem est vox et auditus est sicut unum in
et est sicut non unum autem idem proporcio autem est symphonia necesse
et auditum racionem quandam esse. Et propter hoc corrumpit unumquodque
excellens acutum et graue auditum in humoribus gustum et in
coloribus visum forte fulgidum et opacum in olfactu dulcis odor
fortis et amarus tanquam racio quedam sit sensus. Unde delectabilia
quedam sunt ut dicimus sincera et mixta cum ad racionem ut
acutum aut dulce aut salsum. Delectabilia enim tunc sunt. Omnino
autem quod mixtum est symphonia magis quam acutum et graue. Ta
ctus autem quod calefactibile et frigorabile sed sensus racio est. Excel
lentia autem contristantur aut corrumpuntur. Unusquisque quidem igitur
sensus subiecti sensibilis est qui est in sensitiuo inquantum sensitiuum
et discernit subiecti sensibilis differencias ut album quidem et nigrum visus
dulce vero et amarum gustus. Similiter autem se hoc habet et in aliis

Quoniam autem et album et dulce et unumquodque sensibilium unoquoque
discernimus quodam et sentimus quod differunt. Necesse enim igitur sensu
sensibilia sunt. Quare et manifestum quoniam caro non est ultimum
sensitivum. Necesse enim est tangens ipsum discernens discernere. Neque
utique separatis contingens discernere quod alterum sit dulce ab albo. Sed
oportet aliquo uno utraque manifesta esse. Sic enim et si hoc quidem ego, tu
autem illud sentires, manifestum utique erit quoniam altera ab invicem sunt. Oportet
autem unum dicere quod alterum. Alterum enim dulce ab albo. Dicit idem ergo.
Quare sicut dicit sic et intelligit et sentit. Quod quidem igitur non possibile separatis
iudicare separata palam. Quod autem neque in separato tempore hinc manifestum est.
Sicut enim idem dicit quod alterum bonum alterum malum sit, et quando alterum
dicit et quando alterum tunc et alterum est. Et non secundum accidens sic quando dico,
puta tunc dico quando alterum, non tamen quando nunc alterum, sed sic secundum
dicit et nunc et quod nunc est simul. Ergo quare inseparabile et in inseparabili
tempore. At vero impossibile simul secundum contrarios motus moveri idem, aut in
indivisibili tempore. Si enim dulce sic movet sensum et intellectum, amarum autem
contrarie, et album aliter. Ergo simul loco quidem et numero indivisibile
et inseparabile quod iudicat, esse autem separatum. Est igitur quodammodo
quod indivisibile diversa sentit. Est autem quidem divisibile secundum esse,
quidem non divisibile, loco enim et numero indivisibile. Aut non possibile.
Potentia quidem enim idem et indivisibile contraria, secundum esse autem non, sed
in operari habet divisibile et impossibile esse album et nigrum esse. Sic quare
neque species pati ipsorum, si huiusmodi est sensus et intelligentia.
Sed sicut quod vocant quidam punctum aut unum aut duo indivisibile,
sic est secundum quod quidem igitur indivisibile, unde discernit esse unum et
simul; secundum vero quod divisibile bis utitur eodem signo simul. Inquantum
quidem igitur duobus utitur, duo uno duo iudicat et separata sunt et
ut separato; inquantum vero unum, uno et simul. De prin-
cipio quidem igitur secundum quod dicimus sensitivum animal esse
determinatum sit hoc modo etc.

Quoniam autem ex duabus differentiis diffiniunt maxime animam mo
tu qui est secundum locum et in eo quod est intelligere et sapere tanquam
quoddammodo sentire. In utrisque enim hiis anima iudicat aliquid et cognoscit
eorum que sunt. Sicut antiqui sapere et intelligere idem esse firmabant
sicut enim dixit Empedocles et ad presens voluntas augetur in hominibus
et in aliis. Unde aliis semper sapere aliud prestat. Secundum autem hiis videtur
etiam quod est Homeri. Talis enim est intellectus in terrenis habitus est
qualem inducat in die pater virorum deorumque. Omnes enim hii
intelligere corporeum opinantur sicut sentire et sapere simile simili sicut in prin
cipiorum rationibus determinatum est. Et tamen oportebat simul ipsos de deceptione dicere.
Magis enim proprium animalibus est et quod pluri tempore in hoc perficit anima.
Unde necesse est aut ut quidam dicunt omnia que videntur esse vera aut
dissimilis tactum deceptionem esse. Hoc enim contrarium ei quod simile simili cogno
scere videtur. Aut et deceptio et scientia contrariorum eadem esse. Quod quidem
igitur non idem sit sapere et sentire manifestum est. Hoc quidem enim in
qualibus omnibus. Illud autem in paucis animalibus est. Sed neque intelligere
in quo est recte et non recte. Recte quidem ut prudentia et sapientia et
opinio vera. Non recte per contraria horum. Neque hoc erit idem cum sentire.
Sensus enim propriorum semper est verus et omnibus inest animalibus. Intelligere
convenit vero et falso et nulli inest cui non inest et ratio. Fanta
sia autem erit altera a sensu et ab intellectu. Et hoc non fit sine sensu
et sine hoc non erit opinio. Quod autem non est eadem et fantasia et
opinio manifestum est. Hoc enim quedam passio in nobis est cum volumus.
Pre oculis enim erit facere sicut in rememoratione ponentes et ydola facientes.
Opinari autem non in nobis est. Necesse est autem opinantem aut verum aut
falsum dicere. Amplius autem cum opinatur difficile est aliquid aut ter
ribile statim compatimur. Similiter autem est et si confidendum. Secundum fan
tasiam similiter nos habemus sicut si essemus considerantes in pictura
difficilia et confidentia. Sunt autem et ipsius acceptionis opiniones tres
differentie scilicet scientia opinio et prudentia et contraria horum. De quorum differentia

altera sit ratio. De eo autem quod est intelligere quando alterum erit ab eo quod
erit sentire. huius autem aliqua fantasia esse videtur et alia opinio.
De fantasia autem determinantes sic et de altero dicendum est. Si igitur est
fantasia secundum quam aliquod fantasma in nobis dicimus fieri et si non
aliquid secundum methaphoram dicimus una quedam potentia est hec aut habi-
tus secundum quem discernimus aut verum aut falsum dicimus. huius autem sensus
opinio scientia et intellectus. Quod quidem non est sensus manifestum ex hiis.
Sensus quidem enim est aut potentia aut actus ut visus aut visio.
ffantasiatur autem aliquid quod nullo horum existente ut que in sompnis.
Postea sensus quidem semper adest viventibus et non omnibus. fantasma autem non. Si vero que est actu idem omnibus utique
contingeret bestiis fantasiam inesse videtur autem non ut formice api
aut vermi. Postea quidem hii sunt semper veri fantasie autem false plures.
Amplius autem non dicimus cum operamur de sensibili quoniam videtur hoc nobis
homo. Sed quod magis cum non manifeste sentimus tunc enim aut verus aut falsus.
Et quod quidem diximus apparent dormientibus visiones. At vero neque verorum
dicentium neque una erit ut scientia aut intellectus est enim et fantasia falsa.
Relinquitur ergo videre si opinio sit. fit enim opinio et vera et falsa.
Sed opinioni inheret fides. Non enim contingit opinantem de quibus
videtur non credere. Bestiarum autem nulli inest fides fantasia autem
multis inest. Amplius si omnem opinionem sequitur fides fidem autem
persuasio et suasionem autem sequitur ratio. Bestiarum autem quibus-
dam autem inest fantasia ratio vero non. Manifestum ergo quoniam neque
opinio cum sensu nec propter sensum nec complexio opinionis et sensus
erit fantasia. Et propter hoc manifestum quod non alia quedam erit opinio
Sed illa que quidem est illius cuius est et sensus. Dico autem ex albi opi-
nione et sensu complexio fantasia est. Non enim ex opinione quidem est
albi ex sensu autem boni. Apparere igitur est opinari quod quidem sentitur
non secundum accidens. Apparent igitur et falsa de quibus simul veram acceptionem
habet et videtur sol unius pedis. Sed creditur maior esse terra habitabili

Accidit autem adhuc predictam opinionem veram quam habebat salvare
non oblitum nec decredentem aut si adhuc eandem habet veritatem quam prius
habuit necesse est et veram et falsam esse. Sed falsa fit cum lateat transmutata
res. Non igitur unum aliquid horum est neque ex hiis fantasia. Sed quoniam est
moto hoc moveri aliud ab hoc, fantasia autem motus quidem videtur esse
et non sine sensu fieri sed in hiis que sentiunt et quorum est sensus.
Est autem motum fieri ab actu sensus et hunc similem necesse est esse sensui.
Erit hic utique motus non sine sensu contingens neque non sentientibus
inesse, sed multa erit secundum ipsam facere et pati habens et verum esse et
falsam. Hoc autem accidit propter hoc quia propriorum quidem sensus verus
est aut quam paucissimum habens falsum. Secundo autem est accidere
hoc et hoc convenit iam mentiri quia quidem album sit non mentitur.
Si autem hoc album aut aliquod aliud mentitur. Tercio autem modo
et communium accidencium quibus insunt propria. Dico autem ut motus et
magnitudo accidunt sensibilibus circa que est iam maxime secundum sensum decipi. Motus
autem ab actu sensus factus differt a sensu qui est ab hiis tribus sensibus
et primus quidem presente sensu verus, alii autem et presentes et absentes erunt utique
falsi et maxime cum procul sit sensibile. Si igitur nichil aliud habet que dicta sunt
fantasia, hoc autem quod dictum est utique fantasia erit motus a sensu
secundum actum factus. Quoniam autem visus maxime sensus est et nomen a lumine accepit
quia sine lumine non est videre. Et quia immanent et sensibus similes multa secundum
ipsas operantur animalia, alia quidem quia non habent intellectum ut bestie, alia ex ve-
lamento intellectus aliquando passione aut egritudine aut sompno ut homines. De
fantasia igitur quid sit et propter quid dictum est intantum in isto libro.

[illegible interlinear glosses]

[illegible marginal gloss]

Liber de anima tercius

De parte autem anime qua anima cognoscit et sapit sive
separabili existente sive non separabili secundum magnitudinem
sed secundum rationem considerandum quam habet differentiam et quomodo
et quomodo sit ipsum intelligere. Si igitur intelligere est sicut

sentire aut pati utique erit aliud ab intelligibili aut erit aliquid
pati aut aliquid alterum huiusmodi impassibile ergo oportet esse
susceptivum autem speciei et potencia huiusmodi sed non hoc et actu
hoc et similiter se habere sicut sensitivum ad sensibilia sic intellectum ad
intelligibile. Necesse itaque quoniam intellectus intelligit omnia immixtum
esse sicut dicit Anaxagoras ut imperet. hoc autem ut cognoscat
intus enim apparens prohibebit extraneum et obstruet Quare neque ipsius
esse naturam neque unam esse sed aut quod possibilis est Vocatus itaque anime
intellectus Dico autem anime intellectum quo opinatur et intelligit alia
et nichil est actu eorum que sunt ante intelligere Unde neque ipsum misceri
racionabile est corpori qualis enim utique aliquis fiat aut frigidus
aut calidus si organum aliquod est sicut accidit sensitivo nunc autem
nullum Et bene iam dicentes sunt animam esse locum specierum nisi quod non
tota sed intellectiva in actu sed potencia species Quoniam autem non similis
sit impassibilitas sensitivi et intellectivi manifestum est ex organis
et sensu Sensus enim non potest sentire ex valde sensibili ut
sonum ex magnis sonis neque ex fortibus odoribus et coloribus
neque videre. sed intellectus cum intelligit aliquid valde intelligibile
non minus intelligit infima sed et magis sensitivum quidem enim non sine
corpore est. hic autem separatus est. Cum sic autem singula fiant ut sci-
ens dicitur qui secundum actum hoc autem accidit confestim cum possit
operari per se ipsum est quidem igitur et tunc in potencia quemadmodum
non tamen similiter et ante addiscere et invenire et ipse autem se ipsum tunc potest
intelligere Quoniam autem aliud est magnitudo et magnitudini esse
et aqua et aque esse et sic in multis aliis non tamen in omnibus
In quibusdam enim idem est carni esse et caro aut ergo alio aut
eodem aliter se habente discernit Caro enim non est sine materia
sed sicut simum hoc in hoc sensitivo quidem igitur calidum et frigidum
iudicat et quorum racio quedam caro est alio autem aut separato aut sicut circumfle-
xa se habet ad se ipsum que cum extensa sit carni esse discernit

Idem autem que in abstractione sunt verum sicut simum. cum rectitudine est enim cum continuo
est quod autem quid erat esse et si alterum est rectum esse et recto sit
enim dualitas altero alio itaque aut aliter se habente iudicat. Omnino
ergo sicut separabiles res a materia sic et que circa intellectum sunt. Dubitabit autem
aliquis utique si intellectus simplex est et impassibilis et nulli nichil
habet commune sicut dixit Anaxagoras quomodo intelliget si intelligere
pati aliquid est. Inquantum enim commune aliquid utrisque est hoc quidem
agere aliud vero pati videtur. Amplius autem si intelligibilis est et ipse.
Aut enim aliis inerit intellectus si non secundum aliud ipse intelligibilis
est unum autem aliquid intelligibile erit specie. Aut autem sit mixtum
aliquid habebit quod facit intelligibile ipsum sicut et alia. Aut pati quidem
secundum commune aliquid sed divisum est prius quod potentia est quodammodo ad omnia
intelligibilia intellectus. Sed actu nichil antequam intelligat. Oportet autem
sic esse in intellectu sicut in tabula rasa in qua nichil est actu pi-
ctum quod quidem accidit in intellectu. Et ipse autem intelligibilis est sicut
intelligibilia. In hiis quidem enim que sunt sine materia idem est in-
tellectus et id quod intelligitur. Scientia autem speculativa et sic scibile idem est.
Non autem semper intelligendi causa est consideranda. In habentibus
autem materiam potentia solum unumquodque quidem intelligibile est.
Quare quidem illis non inerit intellectus sine materia enim potentia erit
intellectus talium. Illud autem intelligibile erit etc.

Quoniam autem sicut in omni natura erit aliquid hoc quidem
materia unicuique generi. hoc autem erit potentia omnia. illa
alterum autem causa est et factivum quod est in faciendo omnia ut ars ad
materiam constituit. Necesse est et in anima esse has differentias. Et est intel-
lectus aliquis hic talis omnia in fieri. Ille vero in omnia facere sicut
habitus quidam et sicut lumen quodam enim modo et lumen facit po-
tentia existentes colores actu colores. Et hic intellectus sepa-
rabilis et impassibilis et immixtus substantia actu ens. Semper enim
honorabilius agens paciente et principium materia. Idem autem est

secundum actum sciencia rei. Que vero secundum potentiam est tempore prior
in uno individuo, omnino autem neque primo tempore sed non aliquando quidem
intelligit, aliquando vero non intelligit. Separatus autem est solum hoc
quod vere est et hoc solum immortale et perpetuum est. Non reminiscimur
autem quia hoc quidem impassibile, passivus vero intellectus corruptibilis est
et sine hoc nichil intelligit. Indivisibilium quidem igitur intelligentia
in hiis est circa que non est falsum. In quibus autem et falsum iam
et verum est, compositio quedam iam est intellectuum sicut eorum que
unum sunt quemadmodum Empedocles dixit vere multorum capita
capita sine cervice germinaverunt, postea composita sunt sicut
concordia, hoc et separata composita sunt ut asymeton et diametros.
Si autem factorum et futurorum tempus iam intelligens est et componens.
Falsum enim in compositione semper erit, etenim si ex albo componit
album et non album aut si non album albo componit. Contingit autem
et secundum divisionem dicere omnia. Sed compositionem igitur est non solum
falsum aut verum quod albus Cleon est sed quod erat aut erit.
Unum autem faciens hoc intellectus est unumquodque. Indivisibile autem
quoniam dupliciter aut potentia aut actu, nichil prohibet
intelligere indivisibile cum longitudinem intelligat, indivisibile
enim actu est in tempore indivisibili. Similiter enim et tempus
divisibile longitudini. Non enim erit dicere aliquid in medio
intelligere utrumque. Non enim hoc est nisi dividatur, hoc autem
potentia. Seorsum autem utrumque intellectus et dividorum dividit enim et
tempus simul. Tunc vero longitudo. Si vero erit sicut ex utrisque et in tempore
est quod in utrisque. Quod autem non secundum quantitatem indivisibile est
sed in specie intelligit in indivisibili tempore et in indivisibili parte
anime. Secundum accidens autem et non inquantum illa indivisibilia sunt
et eque intelligit et in aliquo sed inquantum indivisibilia. Inest autem
utrisque aut quod indivisibile sed non forte separabile quod facit
tempus unum et longitudinem et hoc erit similiter in omni continuo et tempore et

omnino

longitudine. punctum autem et omnis divisio et sic indivisibile monstratur sicut
privatio et similis ratio est in aliis ut quomodo malum cognoscit aut nigrum
contrario enim aliquo cognoscit. Oportet autem potentia esse cognoscens et
esse in ipso. Si vero alicui contrarium non est ipsum seipsum cognoscit et
actu est separabile. Est autem dictio quidem aliquid de aliquo sicut affir
matio vera vel falsa intellectus autem non omnis sed qui est ipsius
quod quid est secundum quod quid erat esse verus est et non dicit aliquid
de aliquo sed sicut videre proprii verum est. Si autem homo album aut non
semper verum est, sic autem se habent quaecumque sine materia sunt. Idem autem
est secundum actum scientia rei. Quae vero secundum potentiam tempore prior et
in uno omnino autem neque tempore, sunt enim ex actu ente omnia quae fiunt
Videtur autem sensibile ex potentia existente sensitivo actu agens non
enim patitur neque alteratur. Unde et alia est haec species motus. Motus enim
imperfecti est actus. Simpliciter autem et actus alter qui est perfecti. Senti
re quidem igitur simile est ipsi dicere solum et intelligere. Cum autem de
lectabile et triste affirmans aut negans prosequitur aut fugit et
est delectari aut tristari agere sensitiva medietate ad bonum aut
malum inquantum talia et fuga autem appetitus quae secundum actum et non
secundum alterum appetitivum et fugitivum neque ab invicem neque a sensitivo sed
esse aliud. Intellectivae autem animae phantasmata ut sensibilia sunt
cum bonum autem aut malum affirmat aut negat et fugit et prosequitur
propter quod nequaquam sine phantasmate anima. Sicut enim aer pupillam
huiusmodi fecit ipsa alterum et auditus similiter sed ultimum unum et medie
tas una esse autem ipsa plura. Quo autem discernit quo differt dulce
et calidum dictum quidem est et prius dicendum autem et nunc. Est enim ali
quid unum sicut terminus et haec una proportionabilia autem numero entia unum habet
ad utrumque sicut illa ad invicem. Quid enim differt non homogenea du
bitare aut contraria album et nigrum. Sit igitur ut a album ad b nigrum
sic g ad d sicut illa ad invicem quare et permutatim. Si igitur
g d uni sint existentia sic habebunt sicut a b idem quidem et unum idem

et illud similiter Eadem autem ratio est et si a quidem dulce sit b vero
album Species quidem igitur intellectivum bene in fantasmatibus intelligit
et sicut in illis determinatum est ei imitabile et fugiendum et extra
sensum cum in fantasmatibus fiat movetur quando impugnans · aliquando autem
que sunt in manifesta fantasmatibus aut intellectibus tamquam videns ratiocinatur
et deliberat futura ad presentia et cum dixerit ut ibi letum aut triste hic
fugit aut insequitur / et omnino in actione et quod sine actione verum aut falsum in
in eodem genere est bono et malo sed in eo quod simpliciter differt et alicui
Abstractione dicta intelligit sicut simum secundum quod simum non separate in quantum
autem concavum sed aliud intelligit mathematica non separata
tamquam si separata sint intelligit cum intelligat illud Omnino intellectus est
qui secundum actum res Utrum autem contingat aliquid separatorum intelligere ipsum
existentem non separatum a magnitudine aut non considerandum posterius

Nunc autem dicta de anima dicta recapitulantes dicamus iterum quoniam anima
sunt quodammodo est anima / aut enim sensibilia que sunt aut intelligibilia
Est autem scientia quidem scibilia quodammodo sensus autem sensibilia Quomodo
autem hoc sic oportet inquirere Secatur igitur scientia est sensus · sci
bilia res que quidem potentia est in ea que sunt potentia Que vero actu est
in ea que sunt actu, anime autem sensitivum in quo scire potest / scientia hec
sunt quidem scibilia illud vero sensibile Necesse est autem aut ipsa
aut species esse ipsa quidem igitur non sunt, non enim lapis in anima est sed
species · quare anima sicut manus est, manus autem organum organorum
et intellectus species specierum · et sensus species sensibilium Quoniam autem neque res ulla
est preter magnitudines sicut videntur sensibilia separata in speciebus
sensibilibus intelligibilia sunt et que abstractione dicuntur et quecumque sen
sibilium habitus et passiones et ob hoc neque non sentiens nichil
utique addiscet neque intelliget, sed cum speculatur necesse quod simul fantas
ma aliquod speculari · fantasma autem sunt sicut sensibilia sunt preter hoc
quod sunt sine materia Est autem fantasma alterum a dictione et a nega
tione · compositio autem intellectuum est verum aut falsum primi autem intellectus

quedam deerunt ut non fantasmata sint aut neque illi fantasmata
sed non sine fantasmatibus Quoniam autem anima secundum duas diffi-
nita est potencias que animalium est et discretiva quod intelligit opus est
et sensus ad hoc in movendo secundum locum motum de sensu quidem et intellectu de-
terminata sint tanta
De movente autem quid forte sit anime
speculandum est utrum una quedam pars ipsius separabilis sit
aut magnitudine aut racione aut omnis anima et si pars aliqua utrum
propria sit preter consuetas dici et dictas aut harum una aliqua sit
Habet autem dubitacionem mox quomodo oportet partes anime dicere et quot modo
enim quodam infinite videntur et non solum quas quidam dicunt raciona-
tivam determinantes et irascibile et appetitiva alii autem racionem habentem
et irracionabile secundum enim differencias per quas separant et videbuntur partes et
maiorem distanciam habentes de quibus et dictum est nunc vegetativa
enim et que et plantis inest et omnibus animalibus et sensitiva quam neque ut
irracionabile neque sicut racionem habentem ponet quis utique facile adhuc
autem fantastica que per esse quidem ab omnibus altera est cui autem
harum eadem vel altera sit habet multam dubitacionem si aliquis ponet
separatas partes anime adhuc autem et appetitiva que et racione et potencia
altera videbitur utique esse et inconveniens sequestrari In racionativa autem voluntas fit
et in irracionabili concupiscencia et ira si autem tria anima in unaquaque erit appe-
titus et etiam de quo nunc presens institit sermo Quid autem movens secundum
locum animal est sed quod enim augmentum et decrementum motum in
omnibus inest videbitur utique movere generativum et vegetativum De re-
spiracione autem et expiracione et sompno et vigilia posterius perspiciendum
habent enim et hec dubitacionem multam Sed de motu secundum locum quid
movens animal secundum progressivum motum considerandum Quod quidem ergo non
vegetativa potencia manifestum Semper enim propter aliquid motus hic et aut
cum fantasia aut appetitu est Nichil enim non appetens aut fugiens
movetur sed aut violencia Amplius autem et plante utique essent mo-
tive et utique haberent aliquam partem organicam ad motum hunc Similiter

Ostendit autem 2a
Dicit quod sensitivum non est principium in tali motu
Si igitur 2a
quia posset aliquis dicere quod sensitivum est principium in motu processivo [illegible] quibus inest sensitivum competit motus [illegible] talis [illegible] habent [illegible] habent pedes [illegible] dicens
At vero 2a
addit quod intellectus speculativus non est principium in tali motu

autem neque motivum. Multa enim sunt animalium que sensum quidem habent
mouencia aut immobilia sunt per finem. Si igitur natura nichil facit
frustra nichil neque deficiat in necessariis nisi in orbatis et inper
perfectis, huiusmodi autem animalium et non orbilata sunt. Signum autem est quia
generativa sunt et augmentum habent et decrementum. Quare et haberent
utique partes organicas processivas. At vero neque racionativum quod vocatus
intellectus est movens. Speculativus enim nichil speculatur actu
ale neque dicit de fugibili neque de persequendo. Semper enim motus aut
fugientis aut persequentis aliquid est. Sed neque cum speculatur fuerit
ad huiusmodi iam precipit persequi aut fugere, puta multotiens intelligit
terribile aliquid aut delectabile non iubet autem timere, sed cor mo
vetur, si autem delectabile altera aliqua pars. Amplius et imprec
ipiente intellectu et dicente intelligencia fugere aliquid aut persequi
non movetur, sed secundum concupiscenciam agit ut incontinens. Totaliter enim
videmus quod habens medicinam non sanatur, tamquam alius quidem
proprium agere secundum scienciam sed non scientie. At vero neque appetitus huius
motus est. [illegible] est abstinentes enim appetentes et concupiscentes
non operantur quorum appetitus habent, sed sequuntur intellectum. Videntur autem
duo hec mouencia aut appetitus aut intellectus, si aliquis fantasiam
posuit sicut intelligenciam quandam. Multa enim preter scientiam sequuntur
fantasias, et in aliis animalibus non intelligencia neque racio est sed fan
tasia. Utraque igitur aut motiva secundum locum intellectus et appetitus. Sed intel
lectus autem qui propter aliquid raciocinatur et qui practicus est. Differt
autem a speculativo fine. Et appetitus propter aliquid omnis est. Cuius
enim appetitus hoc principium practici intellectus, ultimum autem principium
actionis est. Quare racionabiliter hec duo videntur movencia, appetitus
et intelligencia practica. Appetibile enim movet, et propter hoc intelli
gencia movet, quia principium est hoc est quia appetibile. Et fantasia
autem cum moveat non movet sine appetitu. Unum igitur movens quod
appetibile. Si enim duo, appetitus et intellectus, moverent secundum communes utique

aliquam speciem movebat. Liber autem intellectus non videtur movens sine
appetitu. Voluntas enim appetitus est. Cum autem secundum rationem movetur et
secundum voluntatem movetur. Appetitus autem movet preter rationem. Concupi-
scentia appetitus quidam est. Intellectus igitur rectus omnis est. Appetitus
autem et fantasia et recta et non recta. Quare quod movet appetibile
sed hoc est bonum aut apparens bonum. Non omne autem sed actuale bonum
actuale autem est contingens et aliter se habere. Quod quidem igitur huiusmodi
potentia movet anime que vocatur appetitus manifestum. Dividentibus
autem anime partes si secundum potentias dividunt et separent valde multe
fiunt vegetabile sensibile intellectivum consiliativum adhuc et appetitivum
hec autem plus differunt ab invicem quam concupiscibile et irascibile
Cum autem appetitus fiunt contrarii ad invicem hoc autem accidit cum ratio
et concupiscentia contrarie fuerint. Fit autem in ipsis que habentibus
intellectus enim propter futurum retrahere iubet. Concupiscentia autem propter
ipsum quod iam videtur autem quod iam delectabile et bonum simpliciter propter ea
quod non videtur aliud quod futurum. Specie quidem igitur erit movens appe-
tibile aut appetitivum primum autem omnium est appetibile. movet hoc enim
tamen non motum eo quod sit intellectum aut ymaginatum. numero autem plura
moventia. Cum autem tria sint unum quidem quod movens secundum autem quo mo-
vet tertium quod movetur. Movens autem dicitur dupliciter aliud
quidem immobile aliud autem quod movetur. Est autem immobile actuale
bonum. movens autem et quod movetur appetitivum. Movetur enim quod
appetit secundum quod appetit et appetitus actus hic motus quidam est. Quod autem
movetur quidem est. Quo vero movet organo appetitus iam hoc
corporeum est. Unde in communibus corporis et anime operibus speculandum est de
ipsis. Nunc autem in summa dicitur movens organice ubi principium et
finis sunt idem velut gingillismus. Hoc quidem gibbosum et concavum
hoc quidem finis aliud vero principium. Unde aliud quidem quiescit, aliud
vero movetur. Ratione quidem alia entia magnitudine vero inseparabilia
Omnia enim pulsu et tractu moventur. Propter quod oportet sicut in circulo manere aliquid

et hinc impermixte moventur. Primo quidem ergo sicut predictum est in quantum appe-
titivum animal sic non ipsius motivum est. Appetitivum autem non sine fantasia;
fantasia autem omnis rationalis aut sensibilis; hac quidem igitur et alia
participant. Considerandum autem et in imperfectis quid movens est
quibus tactus solus inest sensus, utrum contingat fantasiam inesse hiis
aut non et concupiscentiam. Videtur enim leticia et tristicia inesse hiis.
Si autem hec et concupiscentiam necesse. Fantasiam autem quomodo utique inerit;
aut sicut moventur indeterminate et hec insunt quidem, indeterminate autem
insunt. Sensibilis igitur fantasia sicut dictum est et aliis animalibus inest,
deliberativa autem in rationalibus. Utrum enim hoc aget aut hoc iam rationis
est opus, et necesse uno mensurare. Maius autem imitatur, quare potest unum
ex pluribus fantasmatibus facere. Et causa huius est hec quod opinionem
non putatur habere quoniam eam que est ex sylogismo non habet; hec
autem illam. Propter quod deliberativam non habet appetitus. Vincit autem
et movet aliquando deliberationem, aliquando autem movet ipsam sicut spera,
appetitus appetitum cum in continentia fiat. Natura autem que semper
sursum principalior et movet ut tribus lationibus moveatur. Scien-
tificum autem non movet sed manet. Quoniam autem hec quidem universalis existimatio
et ratio, alia vero particularis. Hec quidem enim dicit quod oportet talem
tale agere, hec autem quod tale et ergo tale. Iam hec movet opinio, non que
universalis, aut utraque. Sed hec quidem quiescens magis, hec autem non etc.

Vegetabilem quidem igitur animam necesse est habere omne quodcumque
vivit et animam habet a generatione usque ad corruptionem. Necesse
est enim quod generatur augmentum habere et statum et detrimentum;
hec autem sine alimento impossibile est fieri. Igitur necesse est inesse vege-
tabilem potentiam in omnibus generabilibus et corruptibilibus. Sensi-
tivam autem non necesse in omnibus viventibus; neque quorum corpus contingit
simplex habere tactum, neque sine hoc possibile est nullum animal, neque quecumque
non susceptiva specierum sine materia. Animal autem necesse sensum habere si nichil
frustra facit natura. Propter enim aliquid omnia que secundum naturam subsistunt

aut consideracione eorum sunt eorum que sunt propter aliud Si igitur omne proces-
sivum corpus sensum non habens corrumpitur utique et ad finem non utique deveniet
qui est nature opus. quo enim alentur manentibus quod enim mox sunt
quod unde nata sunt Non autem corpus habere animam et intellectum discretivum sensum
autem non habere non mansivum generabile autem vero neque ingenerabile. quare
enim non habebit aut enim anime melius aut corpori nunc autem neutrum est
hec enim quod non magis intelliget. hoc autem nichil est magis propter illud
Nullum ergo habet animam corpus non manens sine sensu. At vero si sensum
habet necesse est corpus esse aut simplex aut mixtum simplex autem est
sine x esse tactum enim non haberet est autem necesse habere. hoc autem ex hiis
manifestum quoniam autem animal animatum corpus est. corpus autem omne tangibile
tangibile autem quod sensibile tactu necesse est animalis corpus tactivum esse si debet
salvari animal. alii enim sensus per altera sentiunt ut olfactus visus
auditus tactu autem nisi habeant sensus non poterit hoc quod fugere
illa vero accipere Si non hoc impossibile erit salvari animal propter hoc et
gustus est sicut tactus quod alimenti in alimentum autem corpus tangibile
possibile Sonus autem et color et odor non alunt neque faciunt augmentum
et decrementum Quare et gustum necesse est tactum esse quendam quia tan-
gibilis et nutritivi sensus est. Hii quod necessarii sunt animali quo et palam
non possibile sine tactu animal esse alii autem propter bene et genus aliud iam
non cuiusque sed quibusdam processivo necesse est inesse. si enim debet salvari
non solum oportet tactu sentire sed hoc quod de longe. Hoc autem erit si
per medium sensitivum fuerit eo quod illud quidem a sensibili paciatur et ipsum autem ab
moveatur ab illa Sicut movens secundum locum usque aliter permutari facit et
depellens alterum facit ut pellat et est per medium motus et quod pri-
mum movens depellit et non depellitur ultimum autem solum depellitur non
depellit. medium autem utraque aut multa media aut in alteracione preter
quod unum movens in eodem loco alteratur ut in ceram si intingeret aliquis
usquequo ut intingeret aliquis ad idem mota est lapis autem nichil
est si aqua usquequaque procul aer autem plurimum movet et facit et patitur

probat quod animal quod non manet habet sensum tactus [illegible]

probat quod [illegible] habet sensum tactus [illegible]

Sonus et color sensibilia non requirunt ad alimentum nec ad augmentum [illegible]

si maneat et unus sit unde et de repercussione est melius quam visu
egrediente repercuti aerem passum a figura et colore usquequo quidem sic ig
in levi autem est unus propter hoc etiam visum movebit. sic utique se in sigil
lum ingreditur usque ad finem esse autem impossibile sit simplex hec alias corpus et ma
dico autem ignem aut aerem sine hiis enim tactu in nullum contingit sensum habere
corpus autem tactivum animatum est sicut dictum est. alia autem preter terram sensitiva utique
utique fiunt alia autem eo quod per alterum sentire faciunt et per media tactus autem est
in tangendo ipsa propter quod et hoc et hoc nomen. et tamen alii sensus tactu
sentiunt per alterum hoc autem videtur solus per se ipsum. Quare elementorum
nullum utique erit corpus animalis neque ita quod terreum. Omnium enim tangibilium
tactus est sicut medietas et susceptivus sensus non solum quecumque differentie
sunt sed calidi frigidi et aliorum omnium tangibilium possibilium. Et propter hoc os
sibus et capillis et huiusmodi partibus non sentimus quia terree sunt et plante
ob hoc nullum habent sensum quia et terree sunt. Sine autem tactu neque unum
possibile est aliud esse, ipse autem sensus est non est neque terre neque aliorum elementorum nullius.
Manifestum ergo quod necesse hoc solo privata sensu animalia mori. neque
enim habere possibile est habere non animal existens neque enim sit animal necesse
est habere propter hunc. et propter hoc aliorum sensibilium excellentie non
corrumpunt animal ut color et odor et sonus sed solum sensus nisi secundum accidens
puta si sono sit depulsio fiat et ictus et sic visus alia movent que tactu
corrumpunt et hiis autem secundum quod accidit sit tactivum et sic corrumpit
Tangibilium autem excellentia ut caloris et frigoris et duritiei perimit
hoc animal. Omnis quidem sensibilis superfluitas corrumpit sensum. Quare et tangi
bile perimit tactum hoc autem determinatum est vivere sine autem tactu in tactu est quod
impossibile est animal esse. unde tangibilium excellentia non solum corrumpit sensum tactus
sed et animal quia est solum animal habere hunc. alios autem sensus habet animal sicut dictum est non propter
esse sed propter bene esse ut visum quod in aere et in aqua ut videat omnino animal quod in
diaphano gustum autem propter delectabile et triste ut sentiat quod in alimento et desi
deret et moveatur auditum autem ut significet aliquid ipsi, linguam autem
habet ut significet quid alteri. Deo gratias Maria Barbara

Et propter hoc etc. ...

Tangibilium autem etc. ...

Alios autem sensus etc. ...

Arestotelis philozophi phisicorum liber primus

Quoniam quidem intelligere et scire contingit
circa omnes scientias quarum sunt principia aut cause
aut elementa ex horum cognoscere. Tunc enim scire
et cognoscere arbitramur unumquodque cum causas
primas et prima principia cognoscimus et usque ad ele-
menta. Manifestum quidem quod et eius que sunt circa principia scientie quod a
natura primum determinare temptandum. Innata autem ex notioribus nobis
via et certioribus in certiora nature et notiora. Non enim eadem nobis
nota et simpliciter. Unde necesse est secundum modum hunc procedere ex incertioribus
quidem nature nobis autem certioribus in certiora nature et notiora. Sunt autem
primum nobis manifesta et certa confusa magis. Posterius autem ex
hiis fiunt nota elementa et principia dividentibus hec. Unde ex universali-
bus in singularia oportet procedere. Totum enim secundum sensum notius est,
universale autem totum quoddam est. Multa enim comprehendit ut partes universale. Sus-
tinent autem idem hoc quodammodo et nomina ad rationem. Totum enim
quoddam et indistincte significat ut puta circulus. Diffinitio autem ipsius
dividit in singularia. Et pueri primum appellant omnes viros patres
et mulieres feminas matres. Posterius autem determinant horum unumquodque etc.

Necesse autem aut unum esse principium aut plura. Et si unum
aut mobile aut immobile sicut dicunt Permenides et Mel-
lissus aut mobile sicut dicunt phisici, hii quidem aerem
dicentes esse alii vero aquam primum principium. Si autem plura aut
finita aut infinita. Et si finita plura autem uno aut duo aut tria
aut quatuor aut secundum aliquem alium numerum. Et si infinita aut sic sicut
Democritus genere unum figura autem aut specie differentia aut contraria. Similiter
autem querunt et qui sunt querentes quot sunt ex quibus enim sunt
que sunt querunt primum hec utrum unum aut plura. Et si multa aut
finita aut infinita. Quare principium aut elementum querunt utrum
unum aut multa. Siquidem ergo si unum et immobile sit quod est intendere

non de natura est intendere. Sicut enim geometre non amplius ratio
est ad destruendum principia sed aut alteri scientie aut omnium communis
sic neque huic de principiis. Non enim amplius principium est si
unum solum est. principium enim alicuius aut quorundam est. Simile ergo
intendere est si sit unum et ad aliam positionem disputare. Verba
dictam gratia positionis aut si aliquis dicat hominem unum quidem
esse. aut solvere rationem litigiosam que quidem utrisque habent ra-
tiones Melissi et Parmenidis. etenim falsa recipiunt et non
syllogizantes sunt philosophantes sunt. Magis autem Melissi onerosa ratio
et non habens defectum. Sed uno inconvenienti dato alia contingunt. hoc
autem nichil difficile. Nobis autem subiciantur que sunt natura aut omnia
aut quedam moveri. Est autem manifestum hoc ex inductione. Simul
autem neque solvere omnia convenit. sed aut quecumque ex principiis aliquis
demonstrans mentitur. Quecumque vero non neque ut tetragonismum
eum quidem qui per decisiones geometrie est dissolvere. Illud autem
qui antiphontis non geometrici est. Et quoniam de natura quidem non
naturales autem dubitationes contingit dicere forsitan. Bene se habet aliquantu-
lum disputare de ipsis. habet enim philosophiam consideratio. Principium autem
maxime omnium proprium quia multipliciter dicitur quod est quidem dicen-
tes unum omnia. utrum substantiam omnia aut quantitatem omnia
aut qualitatem. Et iterum utrum substantiam omnia unam ut hominem unum
aut equum unum. aut animam unam aut qualitatem unam aut hanc
ut album et calidum aut aliquid aliorum talium. Hec enim omnia dif-
ferunt multum et sunt impossibilia dicere. Siquidem enim erunt et substantia et
quale et quantum et hec sive resoluta ab invicem sive non multa
sunt que sunt secundum rationem. Si vero omnia quale aut quantum sunt sive
substantia sit sive cum non sit inconveniens est sed oportet inconveniens dicere
impossibile. Nullum autem aliorum separabile est extra substantiam. omnia
namque de subiecto dicuntur substantia. Melissus autem quod est infinitum
dicit esse. quantum autem utique aliquid est quod est infinitum. ac in quantitate est

Et cum de ista quidem

Siquidem enim

Sic ut omnia

Substantiam aut infinita aut qualitate aut passione et non contin-
git ipsi secundum accidens si simul aliquae quantitates sint infinita
aut quantitatis continuitatem significat sed non substantiae neque qualitatis. Si
quidem igitur substantia est et quantitas, duo et non unum est quod est. Si vero substantia
solum non infinitum est neque magnitudinem habebit ullam, quantum
enim quoddam erit. Amplius quoniam et ipsum unum quemadmodum et quod
est intendendum est quomodo dicunt unum esse omne. Dicitur enim aut con-
tinuum aut indivisibile aut quorum ratio una et eadem quae quid
erat esse quemadmodum vinum et unum. Siquidem igitur continuum
multa sunt quod est et infinitum; enim divisibile continuum. Habet
autem dubitationem de parte et de toto, fortassis autem non ad hanc
rationem sed ad ipsam secundum se ipsam, utrum unum vel plura pars et totum
et quomodo unum aut plura, et si plura quomodo plura, et de partibus
non continuis; et si toti unum utrumque sicut indivisibile, quoniam et ipsa
eisdem. At vero si est indivisibile nullum erit quantum neque quale
neque iam infinitum quod est sicut Melissus dicit neque finitum
sicut et Parmenides; terminus enim indivisibilis, finitum non est. At
vero si ratione unum sunt quae sunt omnia sicut est tunica et indumen-
tum, Heracliti sermonem contingit dicere ipsos. Idem enim erit et bono et
malo et non bono esse et bono. Quare idem erit bonum et non
bonum et homo et equus, et non de eo quod unum sunt idem. Contur-
bati sunt autem et posteriores quemadmodum antiqui ne forte accidat
simul idem unum esse et multa. Unde et alii quidem est auferebant
quemadmodum Licofron, alii autem dictionem mutabant, ut quoniam homo
non albus est sed albatur, neque ambulans est sed ambulat, ut non
est adicientes multa faciant esse unum, tamquam singulariter dicto
uno aut ente. Sed multa sunt quae sunt aut ratione aut aliud ab alio
esse et multum sed ibi utraque multa utraque unum aut divisione
quemadmodum totum et partes. Hi autem iam deficiebant et confitebantur multa
esse tamquam non conveniret idem unum et multa esse non opposita

aut est enim unum et potencia et endelechia i. actu. Hoc igitur modo
facientibus impossibile videtur quod sit unum esse. Et ex quibus demonstrant
solvere non difficile est. Utrique enim sylogisant sophistice et
Permenides et Melissus et namque falsa recipiunt et non sylogisan-
tes sunt. Est autem magis Melissi onerosa racio et non habens
defectum sed uno inconvenienti assignato alia contingunt. Hoc autem
nihil grave est. Et quod ergo peralogisat Melissus manifestum est.
Opinatur enim accipere si quod factum est habet principium esse quoniam
et quod non factum est non habet. Postea et hoc inconveniens omnis
esse principium rei et non ipsius et non generacionis non simpliciter sed
alteracionis tamquam non momentanee facte mutacionis. Postea propter
quid immobile si unum est. Sicut enim et pars una cum sit aqua
movetur in ipsa, quare non et omne. Postea alteracio propter quid
non erit. At vero nec specie possibile est unum esse sed sicut ex
quo. Sic enim et physicorum quidam unum dicunt, illo autem modo non.
Homo namque ab equo alter specie et contraria ab invicem.
Et ad Permenidem autem idem modus racionum est, et si aliqui alii pro-
prii, et solucio partim quod falsa est, partim autem quia non concludit.
Falsa quidem quia simpliciter accipit quod est dici multipliciter
dicto. Non concludit autem quia si sola alba recipiantur signi-
ficante uno albo, nichilominus multa alba sunt et non unum. Non enim
continuacione unum album erit neque racione. Aliud enim erit esse albo
et suscipienti, et non erit extra album nichil divisum. Non enim in-
quantum est separabile, sed esse alterum est albo et cui inest. Sed hoc
Permenides nondum videbat. Necesse igitur accipere non solum unum significare
quod est de quo utique predicetur, sed et quod vere est et quod vere
unum est. Accidens enim de quodam subiecto dicitur, quare cui accidit
quod est non erit. Alterum enim est ab eo quod est. Erit itaque aliquid
cum non sit. Non enim itaque inerit alii existens quod est. Non enim
unum utique erit ens aliquod ipsi esse nisi multa quod est significet sicut

Sed aliquid unumquodque sed supponitur quod est significare unum
Igitur quod vere est nulli accidit sed illi aliquid magis quod vere
est significat quod est. Si enim erit quod vere est idem et album, albo
albo autem vero non est quod vere. neque enim accidere ipsi possibile est
quod est. neque enim quod est quod non vere est. Non ergo erit quod est
quod album est. Non sic autem sicut enim aliquid non sit sed omnino non
sit quod vere utique est non est. Verum enim dicere quoniam album est hoc
autem non quod est significavit. Quare si album significat quod vere est
multa ergo significat quod est. Neque enim igitur magnitudinem erit
quod est si quidem quod vere est quod est. Utrique enim alterum est esse
partium. Quod autem dividitur quod vere est aliquid aliud et ratione
manifestum est ut homo si est quod vere est aliquid. Necesse est
et animal quod vere est aliquid esse et bipes. Si enim non quod
vere aliquid accidentia erunt aut igitur homini aut alii alicui sub
iecto. Sed impossibile est. accidens enim dicitur hoc aut quod contingit
esse aut non esse aut cuius est in ratione hoc enim accidit ut
sedere quod sicut separabile. In simo autem est ratio nasi cui
dicimus accidere simum. Amplius quecumque in diffinitiva ratione
insunt aut ex quibus sunt in ratione horum inest ratio totius ut
bipede ratio hominis. aut in albo que est ratio albi hominis. Si ergo hoc
hunc habet modum et homini accidit bipes necesse est separabile esse
ipsum. Quare contingit utique non bipedem esse hominem aut in ratione
bipedis inerit hominis ratio. Sed impossibile est. illud enim in illius ratione
inest. Si autem alii accidunt bipes et animal et non est utrumque quod
vere est aliquid et homo erit accidentium alteri. Sed quod vere sit acci
dens nulli et de quo ambo et utrumque et quod est ex hiis dicatur
Ex indivisibilibus utique est omne. Quidam autem rationibus utrisque acqui
everunt. hinc quidem quoniam omnia unum sunt si quod est unum significat
quoniam est et etiam quod non est. Ex autem que divisionis indivisibiles
facientes magnitudines. Manifestum autem est et quoniam non

verum est quod si unum significat quod est et non possibile est simul
contradictionem esse non erit nichil quod non est. Nichil enim pro
hibet non simpliciter esse sed non ens aliquid esse. Quod non enim
est dicere quod preter ipsum quod est nisi aliud erit ad unum esse
omnia inconveniens est. Quis enim addiscat ipsum quod est nisi quod
vere aliquid sit. Si autem hoc nichil iterum prohibet multa que sunt esse
sicut dictum est. Quod quidem sic unum esse quod est impossibile sit manifestum est.

Ut autem physici dicunt duo modi sunt. Hii quidem unum
facientes quod est corpus subiectum aut trium aliquod
aut aliud quod est igne quidem spissius aere autem subtilius alia
generant ex hiis densitate et raritate multa facientes. Hec
autem sunt contraria. Universaliter autem excellentia et defectus
sicut magnum dicit Plato et parvum nisi quod hic quidem facit hec
materiam unum autem speciem. Alii vero unum quidem secundum materiam
contraria autem differentias et species. Quidam autem ex uno inherentes
contrarietates segregant quemadmodum Anaxamandras dixit
et quicumque autem unum et multa dicunt esse sicut Empedocles et Ana
xagoras. Ex commixtione namque segregant illa. Differunt autem
ab invicem in eo quod hic circulationem facit horum hic autem semel
et hic quidem infinitas similes partes et contraria
ille vero vocata elementa solum. Videtur autem Anaxagoras sic infinita
opinari ut accipiat communem opinionem physicorum esse veram tamquam
non fiat nichil eorum quod non est. Propter hoc enim sic dicunt
et erant simul omnia et fieri quidem statuerunt alterari. Alii autem
aggregationem et segregationem. Amplius ex eo quod fiunt ex alterutris
contraria inerant ergo. Si enim omne quod fit necesse est fieri
aut ex hiis que sunt aut ex hiis que non sunt. Horum autem
aliud quod ex hiis que non sunt aliquid fieri impossibile est.
De hac enim conveniunt omnes opinione qui de natura sunt. Reliquum
iam contingere ex necessitate putaverunt ex hiis que sunt et insunt

Differunt aut

[illegible]

Sed propter paruitatem magnitudinis ex insensibilibus nobis non dicunt
omne in omni misceri propter id quod omne ex omni videbant fieri. Apparere
autem differentia et appellari altera ab inuicem ex magis superhabundante propter
magnitudinem in mixtura infinitorum. Sincere quidem enim totum album
aut nigrum aut carnem aut os non esse. Sed quod plus unumquodque
habet hoc videri naturam. Si ergo infinitum secundum quod infinitum ignotum est, secundum
multitudinem quidem et magnitudinem infinitum ignotum quantum
est quoddam, secundum speciem autem infinitum ignotum quale quoddam est. Principiis
autem infinitis existentibus et secundum multitudinem et secundum
speciem impossibile est que sunt ex hiis cognoscere. Sic enim cognoscere
compositum arbitramur cum cognoscimus ex quibus et quantis sit. Amplius
autem si necesse est cuius pars contingit quantamcumque esse secundum magni-
tudinem et paruitatem et ipsum contingere. Dico autem talium aliquam partem
partium in quam inexistens diuiditur totum. Si autem impossibile est animal
aut plantam quantamcumque esse secundum magnitudinem et paruitatem, manifestum
est quoniam neque partem quamcumque. Erit enim totum similiter. Caro autem
et os et huiusmodi partes sunt animalis et fructus plantarum. Manifestum enim
quoniam impossibile est carnem aut os aut aliquid aliud quantumcumque esse ma-
gnitudine aut in maius aut minus. Amplius si omnia insunt in
huiusmodi inuicem et non fiunt sed segregantur cum insunt, dicuntur autem
a plurimo, fit autem ex quolibet quodlibet ut ex carne aqua segre-
gatur et caro ex aqua. Omne autem corpus finitum destruitur a corpore
infinito. Manifestum est quod non contingit in unoquoque unumquodque esse.
Remota enim ex aqua carne et iterum alia facta ex reliqua segre-
gatione, etsi semper minor erit segregata, sed tamen non excedet
magnitudo aliqua paruitate. Quare siquidem stabit segregatio, non omne
in omni erit. In reliqua enim aqua non inerit caro. Si vero non stabit sed
habebit semper remotionem, infinita magnitudine equalia finita in-
erunt infinita secundum multitudinem. Hoc autem impossibile est. Adhuc autem
si omne quidem corpus remoto aliquo minus necesse est fieri, carnis

[illegible]

aute determiata est quatitas et magnitudine et paruitate Ma
nifestu est q ex minima carne nullu segregabit corpus erit em
minus et minima Amplius aut infinitis corporibus inest vtiqz
iamiam caro infinita et sanguis et cerebrum separata tn ad inui
cem nichil aut minus encia et infinitu vnuquodqz hoc aut
irraciabile est Nequaquam aut segregandu esse nesciente dicitur
recte aut dicit passiones aut enim inseparabiles sut Siquid igit
mixti sunt colores et habitus segregentur erit aliq album
et sanatiuum non alteru aliquid ens et neqz de subiecto Quare
inconueniens est impossibilia querens intellectus Si ne uelit qd
segregare hoc aut facere est impossibile et scdm quatitate et qualita
tem secundu quid quia non est minima magnitudo scdm quali
tate aut quoniam inseparabiles sunt passiones Non recte aut neqz
generacione accipit similium specierum est em ut lutu in luta diuiditur
est aut non et non idem modus est ut lateres ex luto et domus
ex lateribus sic aut aqua et aer ex alterutris sut et fiunt
Melius aut est minora et finita recipere qd qd facit Empedocles
Omnes aut contraria principia faciut et dicentes q vnu
sit omne et immobile et Permenides enim calidu et fri
gidu principia facit Hec aute appellat igne et terra et qui ra
rum et densu et Democritus quid firmu et inane quoru aliud
quid quod est aliud aut sicut quod non est esse dicitur Adhuc
posicione figura et ordine hec aut genera contrariorum sut posicionis
sursu et deorsu ante retro figura angulos non rectu circulare
Quod igit contraria quodamo omnes faciut principia manifestu est
Et hoc racionabilit opz em principia neqz ex alterutris esse neqz ex aliis
et ex hiis omnia contrariis aut primis insut hec propter id q prima
quidem non sut ex aliis ob id vero q sut contraria non sut ex alterutris
Sed oportet hoc in racione considerare qualiter contingat Accipiendu
est igitur primu q omniu que sut nichil neqz facere aptu natu

est neque passum contingens a contingenti neque fit quodlibet ex quolibet
nisi aliquis accipiat secundum accidens. Qualiter enim fiat album ex
musico nisi accidens sit albo aut nigro musicum? Sed album quidem fit
ex non albo et hoc non ex omni sed ex nigro aut medio. Et musicum ex
non musico sed non ex omni sed ex immusico aut hoc si ipsius aliquid
est medium. Neque igitur corrumpitur in contingens primum, ut album non in musicum
nisi forte secundum accidens, sed in non album et non in quodcumque sed in nigrum
aut medium. Similiter autem et musicum in non musicum et hoc non in contingens
sed in immusicum aut si ipsius aliquod medium est. Similiter autem hoc et in
aliis, quoniam non solum simplicia entium que sunt sed et composita eodem
secundum eandem se habent rationem. Sed propter hoc quod opposite dispo-
sitiones non denominate sunt latet hoc contingens. Necesse est omne
consonans ex inconsonanti fieri et inconsonans ex consonanti et cor-
rumpi consonans in inconsonantiam et hanc non in contingentem sed in oppositam.
Differt autem nihil in consonantia dicere aut ordine aut compositione. Manifestum
enim quod eadem est ratio. At vero domus et statua et quodlibet aliud
fit similiter. Domus quidem enim non fit ex eo quod composita sunt
sed ex eo quod divisa sunt hec sic, et statua et figuratorum aliquid ex non
figuratione. Et unumquodque horum alia quidem ordo, alia vero ordo compo-
sitio quedam sunt. Si ergo hoc verum est et quod omne quod fit fiat et corrum-
patur quod corrumpitur aut ex contrariis aut in contraria et in eorum
media. Media autem ex contrariis sunt ut colores ex albo et nigro. Quare
omnia erunt quecumque natura fiunt aut contraria aut ex contrariis.
Usque quidem igitur ad hoc fere secuti sunt et aliorum plurimi quemadmodum
diximus prius. Omnes enim elementa et ab ipsis vocata principia
et si sine ratione ponentes tamen contraria dicunt tamquam ab ipsa veritate
coacti. Differunt autem ab invicem in eo quod alii quidem priora, alii posteriora
accipiunt et hii quidem notiora secundum rationem, alii vero secundum sensum. Hii
quidem enim calidum et frigidum, illi vero humidum et siccum, alii autem
imparem et parem. Quidam enim amicitiam concordiam et discordiam causas ponunt

[illegible]

privacionis. Hec aut ab invicem dicunt secundum dictum modum. Quare est
eadem dicere quodammodo et altera ad invicem, altera autem quemadmodum
videtur in pluribus. Eadem aut secundum analogiam accipiunt enim ex
eadem coordinacione. Hec quidem enim continet alia aut continentur
contrariorum. Sic igitur similiter dicuntur et aliter et prius et melius
et hec quidem posteriora secundum racionem sicut dictum est prius, illi aut secundum
sensum. Vle quidem enim secundum racionem notum est, singulare aut secundum sensum.
Racio quidem enim vlis, sensus aut particularis. Et magnum et parvum secundum
racionem est, rarum aute et densum secundum sensum. Quod quidem igitur contraria oportet
esse principia manifestum est etc.

Consequens aut vtique erit dicere vtrum duo aut tria aut plura
sunt. Unum quidem enim non est quia non unum contraria. Infinita
quoque non quia scibile quod est erit. Et una contrarietas in omni
genere uno, substancia aut unum quoddam genus. Et contingit ex finitis
facere. Melius est aut ex finitis quemadmodum Empedocles quam ex infinitis.
Omnia namque assignare opinatur quemadmodum Anaxagoras ex infinitis.
Amplius sunt alia contraria aliis priora contraria, et fiunt alia ex
alteris ut dulce et amarum et album et nigrum. Principia aute semper
oportet manere. Quod quidem igitur neque unum neque infinita sunt manifestum
est ex hiis. Quoniam aut finita sunt duo tamen vel non facere duo tantum habet
quandam racionem. Dubitabit enim vtique aliquis qualiter densitas raritatem
facere aliquid apta nata sit aut hec densitatem. Similiter aut et alia que-
cumque contrarietas. Non enim concordia discordiam congregat et facit ali-
quid ex ipsa neque discordia ex illa, sed vtraque alterum aliquod tertium.
Quidam aut et plura recipiunt ex quibus parant eorum que sunt naturam.
Adhuc aut amplius et de hoc aliquis dubitabit nisi aliqua alia suppo-
nitur contrariis natura. Nullus vero enim videmus eorum que sunt
substancias contraria. Principium aut non de subiecto oportet dici aliquo. Erit
enim principium principii. Subiectum enim est principium et prius videtur
esse predicato. Amplius non esse dicimus substanciam contrariam substancie. Quare igitur

[illegible]

ex non subiectis subiecta utique erit aut quod prius non subiecta subiecta erit
Unde si aliquis ex pure ignem putabit et aerem et horum neutrum esse
si debet saluare utrasque quasi subiecte quedam terram quemadmodum dicunt unum
quidam nam dicentes esse ut aquam et ignem aut medium horum. Unde
aut medium magis. Ignis enim et terra et aer et aqua cum contrarie
tatibus complexa sunt. Unde non in quibus faciunt subiectum alterum
alterum ab hiis peccantes aliorum aut quidam aere aer enim iamque habet
aliorum differentias sensibiles. Consequens aut aquam qui prius est quamvis igne
pessime sed omnes unum horum contrariis sequuntur ut densitate et in
eo quod habet magis et minus horum aut sunt omnia excellentia videlicet et
defectus sicut dictum est prius. Sed videtur antiqua de hoc opinio
quod unum et superabundantia defectus principia rerum sunt sed non eodem
sed antiqui duo quidem faciunt unum aut parvi posteriores est aut eo
rarum unum quidem faciunt duo vero parvi dicunt magis. Tria quidem igitur
dicentes elementa erunt et ex hiis et ex hiis aliis procedentibus vide
bitur utique habere quandam rationem sicut diximus. Plura autem tribus
latis est patiendum non amplius quidem sufficiens est unum. Si autem
quatuor existentibus due erunt contrarietates due oportebit seorsum
utriusque et alterum quandam naturam mediam si sunt ex invicem poterunt
generari due opposita utique altera contrarietatum erit. Similiter autem et impos
sibile est plures esse contrarietates primas, substantia enim unum quoddam
genus est eius. Quare in eo quod prius et posterius sunt differunt ab
invicem principia tantum sed non genere. Semper enim in uno genere contrarietas
una est, omnes enim contrarietates reduci videntur in unam. Quod quidem igitur
neque unum sit elementum neque plura duobus vel tribus manifestum est. Horum
autem utrum quemadmodum diximus dubitationem habet multam. Sic ergo dicamus
primum de omni generatione aggrediendum est enim sicut nunc primum
dicere et sic tunc unumquodque propria speculari dicimus enim fieri ex alio
aliud et ex altero alterum aut simplicia dicitur aut composita. Dico autem
fit hoc est enim hoc fieri hominem musicum est autem non musicum aliquem fi

musicum est aut non musicum hominem fieri hominem musicum est aut non musicum aliquid similiter. Quod igitur dico quia fit homo musicus et non musicus et quod simpliciter fit musicum compositum autem et quod fit et quod factum est cum non musicum hominem dicam fieri aut musicum aut musicum hominem. Horum autem non solum dicitur aliquid fieri sed etiam ex hoc ut ex non musico fit musicus, hoc autem non dicitur in omnibus ut ex homine factus est musicus. Horum autem que fiunt sicut simplicia dicimus fieri aliquod quidem permanens fit aliud vero non permanens. Homo quidem enim permanet musicus factus homo et est. Non musicum autem et immusicum neque simpliciter neque compositum permanet. Determinatis igitur hiis ex omnibus que fiunt hoc est accipere sicut aliquis intendit, sicut diximus quod oportet aliquid semper subici quod fit, et hoc si numero est unum sed specie non unum est. Specie enim dico et ratione idem. Non enim idem est homini et immusico esse. Et hoc quidem permanet illud aliud non permanet; non oppositum quidem permanet, homo enim permanet, musicum autem et immusicum non permanet neque ex ambobus compositum ut homo non musicus fit musicus homo. Sed ex aliquo fieri aliquid et non hoc fieri aliquid magis quidem dicitur in non permanentibus ut ex non musico musicum fieri, ex homine autem non. At vero et in permanentibus aliquando dicitur similiter. Ex ere enim dicimus statuam fieri, non es statuam. Hoc tamen ex opposito et non permanentibus utrolibet dicitur ex hoc hoc et hoc hoc, et namque ex immusico et immusicus fit musicus. Unde et in composito fit et similiter est enim ex immusico homine et immusicus homo dicitur fieri musicus. Multipliciter autem cum dicatur fieri et horum quidem non simpliciter fieri sed hoc aliquid fieri, simpliciter autem fieri substantiarum solum. Secundum quidem alia manifestum quia necesse est aliquid subici quod fit, etenim quantum et quale et ad alterum aliquando et ubi fiunt in subiecto aliquo propter id quod sola substantia de nullo alio dicitur subiecto, sed alia omnia de substantia. Quod autem et substantie et quecumque alia simpliciter entia ex quodam subiecto fiunt ~~manifestum est~~
~~[illegible] ex subiectis fiunt. Quare oportet ex dictis est enim quod fit~~

consideranti fiet utique manifesto. Semper enim est aliquid quod subiacet ex quo
fit quod fit ut plante et alia ex semine. Fiunt autem que fiunt simpliciter
alia quidem transfiguratione ut statua Mercurii alia appositione ut domus
alteracione vero ut que convertuntur secundum materiam. Omnia autem que fiunt manifestum
est quoniam ex subiectis fiunt. Quare palam ex dictis est quod omne quod fit semper
compositum est et est quidem aliquid quod fit et aut aliquid quod hoc fit
et hoc duplex aut enim subiectum aut oppositum. Dico autem opponi quidem non
musicum, subiici autem hominem et infiguracionem et informacionem et inordinacionem, et in for-
macionem oppositum, es autem et lapidem et aurum subiectum. Manifestum
igitur quod siquidem sunt cause et principia eorum que natura sunt ex quibus
primis sunt et fiunt non secundum accidens sed unumquodque quod dicitur
secundum substanciam quod fiunt ex subiecto et forma. Componitur enim musicus homo
ex homine et musico quodammodo. Resolves enim in raciones eorum. Manifestum
igitur est quod fiunt que fiunt ex hiis. Est autem subiectum quidem numero
unum specie vero duo. Homo quidem enim et aurum et omnino materia numerabilis
et hoc aliquid magis et non secundum accidens ex ipsa fit quod fit
privacio autem et contrarietas accidens. Unum autem species ut ordinacio
aut musica aut aliorum aliquid sic predicatorum. Unde est quod sunt duo
dicenda sunt esse principia est autem sunt tria et est quod sic contraria
ut si aliquis dicat musicum et immusicum aut calidum et frigidum
aut conpositum aut inconpositum est autem sunt non ab alterutris enim
pati contraria impossibile est. Solvitur autem propter quod aliud subi-
ectum hoc autem non est contrarium. Quare neque plura contrariis sunt
principia quodammodo sed duo ut est dicere numero neque iterum penitus duo
propter id quod alterum est esse ipsis sed tria. Alterum enim est esse homini et non
musico esse et informato et eris. Quot igitur principia esse generacionem
phisicorum et quomodo tot sunt dictum est et ostensum est quod oportet sub-
esse aliquod contrarium et contraria duo esse. Sed quodammodo aliud
non necessarium est. Sufficiens enim erit alterum contrariorum
facere absencia et presencia mutacionem.

[illegible]

Subiecta autem natura scibilis est secundum analogiam. Sicut enim
ad statuam es aut ad lectulum lignum aut aliorum aliquid ha-
bentium formam materia et informe se habet priusquam accipiat
formam sic ipsa se ad substantiam habet et hoc aliquid et quod est unum.
Quod igitur principium est non sic unum existens neque sic unum existens
sicut hoc aliquid unum autem sicut ratio. Amplius autem contraria
huic privatio. Et hec autem quomodo duo et quomodo plura dicta sunt prius quidem
igitur dictum est quod principia contraria sunt solum, postea autem quod necesse
est et aliud quoddam subici et esse tria. Ex hiis autem nunc manifestum
est que differentia contrariorum et quomodo se habent ad invicem principia et
quid subiectum. Utrum autem substantia species aut subiectum nondum manifestum
est. Sed quod principia tria et quomodo et quis modus eorum dictum est.
Quot quidem igitur et que sunt principia ex hiis consideretur.

Quod autem singulariter sic solvitur et antiquorum defectus dicamus
prius. Querentes enim secundum philosophiam primum veritatem et na-
turam rerum diverterunt ut in viam quandam aliam abscendentes ob
infirmitatem. Et dicunt neque fieri eorum que sunt nullum neque corrumpi
propter id quod necessarium est fieri quod fit aut ex eo quod est aut ex
eo quod non est. Ex hiis autem utrisque impossibile est esse. Neque enim quod
est fieri contingit, est enim iam. Neque ex eo quod non est nichil utique
fieri. Subici enim aliquid oportet. Et sic consequenter contingens augmen-
tantes neque esse multa dicentes sed solum quod est. Illi ergo talem
acceperunt opinionem propter ea que dicta sunt. Nos autem dicamus
quod ex eo quod est aut ex eo quod non est fieri aut aliquid fa-
cere aut quod est aut quod non est aliquid facere aut pati hoc quidem secundum
unum modum est idem ut medicum aliquid facere aut pati et quodlibet
hoc fieri aut ex medico aliquid fieri. Quare cum hoc dupliciter
dicatur manifestum est quod ex eo quod est et ex eo quod non est
aut facere aut pati. Edificat quidem medicus sed non secundum quod medicus sed secundum quod edificator,
et albus fit non inquantum medicus sed inquantum niger. Medicat

[illegible]

aut et non inquantum medicus Quare autem maxime proprie dicimus
medicum aliquid facere aut pati aut fieri ex medico si secundum quod medicus
hoc patiatur aut faciat aut fiat manifestum quod et ex eo quod non est aliquid fieri
et hoc inquantum significat non est quod illi quidem distinguentes defece-
runt et propter hanc ignorantiam tantum ignorauerunt quod nichil opi-
nati sunt fieri neque esse aliorum sed auferre omnem generationem Nos
autem et ipsi dicimus quod fieri nichil simpliciter esse ex eo quod non est
Sed fieri ex eo quod non est ut secundum accidens Ex priuatione enim que est
quidem per se non ens non inexistente fit Mirabile autem videtur et impossibile
sic fieri aliquid ex eo quod non est Similiter autem neque ex eo quod est
neque quod est fieri nisi secundum accidens Sic autem et hoc fieri eodem modo
ut si ex animali animal utique fiat et ex quodam animali quoddam animal ut si canis ex
equo fiat. fiet quidem enim utique non solum ex quodam animali canis sed ex animali
Sed non inquantum est animal. est enim iam hoc. Si autem aliquid debet fieri animal
animal non secundum accidens non ex animali erit. et si aliquid quod est non
ex eo quod est neque ex eo quod non est ex non enim est ex eo quod non est
dictum est a nobis quod significat quia inquantum non est Amplius
autem esse et non esse omne non remouemus Unus quidem igitur modus hic est
est alius autem quia contingit eadem dicere secundum potentiam et actum hoc autem
determinatum est in aliis per certitudinem magis quare quod omnes defecti
soluuntur propter quas coacti. remouent predictorum quedam. propter hoc enim et
multum declinauerunt priores viam que in generationem et corruptionem et omnino in
mutationem. hec enim utique visa natura omnem soluit hanc ipsorum ignorantiam
Attigerunt quidem igitur et alteri quidam ipsam sed non
sufficienter Primum quidem enim confitentur simpliciter fieri aliquid
ex eo quod non est. inquantum Parmenidem recte est dicere Postea videtur
ipsis siue vere est numero et una et potentia tantum una esse Sed hoc
differt plurimum Nos quidem enim materiam et priuationem alterum dicimus. Sed horum
hanc quidem non esse secundum accidens materiam priuationem autem per se non esse
et hanc quidem prope et substantiam aliqualiter materiam priuationem autem nequaquam

Quedam autem quod non est magnum et parvum simul aut utrumque aut
seorsum utrumque. quare penitus alter modus est huius trinitatis et
ille. usque quidem enim ad hoc pervenerunt quod oportebat quandam supponi
naturam, hanc tamen unam faciunt. Etenim si aliquis dualitatem facit
dicens magnum et parvum ipsam nichilominus idem facit. alteram enim
despexit. Subiecta quidem enim natura concausa forme est eorum
que fiunt sicut mater. altera vero pars contrarietatis multociens ymagi-
nabitur ad maleficium ipsius protendenti intellectum neque enim penitus
esse. Existente enim quodam divino et optimo et appetibili
aliud quidem contrarium ei dicimus, aliud autem aptum natum est appetere
et desiderare ipsum secundum ipsius naturam. Quibusdam autem accidit contrarium appe-
tere sui ipsius corruptionem. Et neque ipsum ipsius possibile est appetere speciem quia
non esse indigens neque contrarium. Corruptiva enim sunt ad invicem
contraria. sed hoc est materia sicut et si femina masculum et turpe bonum
non quidem per se est turpe sed secundum accidens neque femina sed per se
sed secundum accidens. Corrumpitur autem et fit est quidem ut sic, est
autem ut non. Sicut enim quidem quod est in quo et in se corrumpitur. quod enim
corrumpitur in hoc est privatio. Inquantum autem secundum potentiam non per se
sed incorruptibilem et ingenitam necesse est esse ipsam. Si enim fiat
subici aliquid oportet primum ex quo fiat. hoc autem est et hec natura.
Quare erit antequam fieri. Dico enim materiam primum subiectum unicuique ex quo ali-
quid fit insit non secundum accidens. Et si corrumpitur in hoc abibit
ultimum. Quare corrupta erit antequam corrumpatur. De principio autem
secundum speciem utrum unum aut plura aut quot aut que sint per cer-
titudinem prime philozophie opus est declarare. ergo in illud tem-
pus apponatur. De physicis autem et corruptibilibus speciebus in
posterius demonstrandum dicemus. Quod quidem igitur sunt
principia et que et quot numero determinetur a nobis
sic. Iterum autem aliud principium incipientes dicamus.
Finitus est primus liber phisicorum. Laudetur deus etc.

Secundus liber phisicorum

Eorum autem que sunt alia quidem sunt natura, alia
vero propter alias causas. Natura quidem sunt animalia
quoque et partes ipsorum et plante et simplicia corporum
ut terra et ignis et aer et aqua. Hec enim esse et huius-
modi a natura dicimus. Omnia autem que predicta sunt videntur differentia
ad non natura existentia. Que quidem a natura sunt omnia videntur in se habere
principium motus et status, hec quidem secundum locum, illa vero secundum
augmentum et detrimentum, quedam autem secundum alterationem. Lectulus autem
et indumentum et si aliquod huiusmodi genus est, secundum quod quidem sortitum
est unamquamque predicationem et inquantum est ab arte, nullum
habet impetum mutationis innatum; inquantum autem contingit ipsis lapi-
deis esse aut terreis aut mixtis ex hiis, habent tantum, tamquam
existente natura principio aliquo et causa movendi et quiescendi
in quo est primum per se et non secundum accidens. Dico autem non secundum
accidens, quoniam fiet utique ipse aliquis causa sanitatis cum
sit medicus; sed tamen non secundum quod sanatur medicinam habet, sed accidit
eundem medicum esse et sanari. Unde et dividitur aliquando ab in-
vicem. Similiter autem et aliorum unumquodque que fiunt. Nullum enim
ipsorum habet in se ipso faciendi principium, sed alia quidem in aliis
et ab exteriori, ut domus et aliorum manu factorum unumquodque,
alia autem in se ipsis quidem, sed non secundum se ipsa, quecumque secundum accidens
causa fiunt utique ipsis. Est igitur natura quod dictum est. Naturam
autem habent quecumque huiusmodi habent principium. Et sunt hec omnia
substantia; subiectum enim quoddam et in subiecto est natura semper.
Secundum autem naturam sunt et hec et quecumque hiis insunt secundum se,
ut igni ferri sursum; hoc enim natura quidem non est neque habet naturam,
sed a natura et secundum naturam est. Quid quidem igitur natura sit dictum est
et quid quod natura et secundum naturam. Quod autem natura sit temptare
demonstrare ridiculum est. Manifestum est enim quod huiusmodi entium sunt multa

Posita diffinitione nature dicta circa differentiam inter ea que natura et secundum naturam et dicto quod non est possibile eam demonstrare, ostendit consequenter in hoc capitulo secundo quod est eius secundum [illegible] quot modis dicatur natura et dicit quod tribus scilicet materia forma et generatione, et dicit ostendit de quo [illegible] [illegible] primis dicetur sibi et magis [illegible] autem natura dicit de ma[teria] [illegible] opinionem [illegible] antiquorum dicencium ut [illegible] est in primo modo esse totam naturam et substantiam rerum ad quod [illegible] signum Antiphontis de lectulo [illegible] lectuli Antiphon tota substantia et natura dicit lignum quod [illegible] in terra et putrefiet non generaretur ex ipso lectulus sed lignum et ita de singulis [illegible] dicit ut patebit [illegible] in textu/

Videtur autem natura

Demonstrare autem manifesta per immanifesta non potentis iudicare est quod propter ipsum et non propter ipsum cognitum. Quod autem contingat hoc pati non immanifestum est. Sillogizabit enim aliquis utique a natiuitate cecus de coloribus. Quare necesse est de huiusmodi ipsorum de colorum nominibus habere rationem nichil autem intelligere/

Videtur autem natura et substancia eorum que natura sunt quibusdam primum inexistens unicuique non formatum per se ipsum ut lectuli natura lignum, statue autem es. Signum autem dicit Antiphon quoniam si aliquis infoderit lectum et accipiat potentiam putrescens ut germinaret, non utique fieri lectum sed lignum, tamquam dicat accidens quod secundum accidens existens dispositionem secundum legem et artem, substanciam autem esse illam que permanet hoc paciens continue. Si autem et horum unumquodque ad alterum aliquod idem hoc sustinuit ut es quidem et aurum ad aquam, ossa autem et ligna ad terram, similiter autem et aliorum quodlibet, illam naturam esse et substanciam ipsorum. Unde hii quidem terram, alii vero ignem, alii aerem dicunt, quidam autem aquam dicunt, quidam vero quedam horum, sed alii omnia hec naturam esse eorum que sunt. Quod enim aliquis ipsorum accepit huiusmodi sive unum sive multa, hec et tanta dicit esse omnem substanciam, alia autem omnia passiones eorum et habitus et dispositiones. Et horum quidem quodlibet esse perpetuum, non enim esse mutationes ipsis ex se ipsis, alia autem fieri et corrumpi infinicies. Uno quidem modo natura sic dicitur prima unicuique subiecta materia habencium in se ipsis motus principium et mutationis. Alio autem modo forma et species que est secundum rationem. Sicut enim ars dicitur quod est secundum artem et artificiale, sic et natura quod secundum naturam dicitur et quod naturale. Neque autem illud adhuc dicimus habere secundum artem nichil, potencia tantum est lectus, sed nondum enim habet speciem lectuli, neque esse per artem, neque in hiis que natura subsistunt. Potencia enim caro aut os neque adhuc habet suipsius naturam priusquam accipiat speciem secundum rationem

Si autem et horum

Et horum quidem

Uno quidem modo

Alio autem modo

qua dispositione dicimus quod est caro aut os neque natura est. Quare
alio modo natura utique erit habencium in seipsis motus principium
forma et species non separabilis ens sed aut secundum racionem.
Quod autem est ex hiis natura quidem non est sed a natura ut homo
et magis natura hec est quam materia. Unumquodque enim tunc di-
citur cum endelechia sit et magis quam cum potencia. Amplius fit ex homine
homo sed non lectulus ex lectulo. unde dicunt non formam esse naturam
sed lignum quoniam fiet utique si germinet non lectulus sed lignum. Si
ergo hec ars et forma et natura. fit enim ex homine homo. Amplius
natura dicta sicut generacio via est in naturam. Non enim quemadmodum me-
dicacio dicitur non in medicinam via sed in sanitatem. Necesse enim
quod enim est a medicina non in medicinam esse medicacionem. Non
sic natura se habet ad naturam. Sed quod nascitur ex quodam in quoddam
venit secundum quod nascitur. Quod igitur nascitur non ex quo sed in quod.
forma itaque natura est. Sed forma et natura dupliciter dicitur. Enim
privacio et species quodammodo est. Si autem est privacio et contrarium
aliquod circa simplicem generacionem aut non est posterius considerandum.

Quoniam autem determinatum est quot modis natura dicitur post hoc
speculandum est quo differt mathematicus a physico. Etenim
plana et firma habent physica corpora et longitudines et puncta de
quibus intendit mathematicus. Amplius astrologia est altera
aut pars physice. Si enim physici est quid sit sol aut luna scire
accidencium autem que sunt per se nullum inquirere est. Et aliter
etiam videntur qui de natura dicentes et de natura solis et
lune et utrum spericum sit terra et mundus aut non. De hiis igitur
quidem negociatur mathematicus sed non inquantum physici corporis terminus
est unumquodque. Neque mathematica speculantur non inquantum talibus
existentibus accidunt. unde et abstrahit. abstracta enim a motu
sunt et nichil differt neque fit mendacium abstrahencium. Latet et hoc
dicta facientes et ydeas dicentes. physica enim abstrahunt tamen

cum minus sint abstracta mathematicis. Fiet autem hoc utique manifestum si quis utrorumque tentaverit dicere terminos et ipsorum et accidentium. Impar quidem enim et par et rectum et curvum, adhuc autem et linea et figura sine motu; caro autem et os et homo non, sed hec sicut nasus simus, sed non sicut curvum dicuntur. Demonstrant autem et que magis physica quam mathematica, ut perspectiva et armonica et astrologia. Contrario enim quodammodo se habent ut geometrie. Geometria quidem enim de physica linea intendit, sed non inquantum physica; sed perspectiva quidem mathematicam, et non considerat lineam inquantum mathematica est, sed inquantum est physica.

Cum autem natura dupliciter dicatur, species et materia, sicut simum quid sit intendimus, sic considerandum est, quare neque sine materia huiusmodi neque secundum materiam. Etenim de hoc iam dubitabit aliquis dupliciter, quia due nature sunt, de qua physici aut quod de eo quod est utrisque. Sed si de eo quod ex utrisque et de utraque. Utrum igitur eiusdem vel alterius utramque cognoscere? In antiquos quidem enim aspicienti videbitur utique esse materie; ex parva enim parte aut pertinere Empedocles et Democritus speciem et quod quid erat esse tetigerunt. Si autem ars imitatur naturam, eiusdem autem scientie est cognoscere speciem et materiam usque ad hoc, ut medici sanitatem et coleram et flegma in quibus est sanitas; similiter autem et edificatoris et speciem domus et materiam, quoniam lateres et ligna sunt; similiter autem et in aliis; et physice utique erit cognoscere utrasque naturas. Adhuc quod cuius causa et finis eiusdem, et quecumque sunt propter hec. Natura autem finis est et cuius causa. Quorum enim continuo motu existente est finis aliquis motus, hoc ultimum inesse et cuius causa sit. Unde et poeta derisorie adductus est: habet finem cuius causa factus. Vult enim non omne esse ultimum finem, sed optimum. Quoniam autem faciunt artes materiam, alie quidem simpliciter, alie vero operosam, et utimur

tanquam utentes nos omnium que sunt gratia enim nos quodammodo finis
dupliciter enim est id cuius causa sit dictum est autem de his in his que de
philosophia. Due igitur sunt principantes materiam et cognoscentes artes que utitur scilicet et que
architectonica. Quare et utens architectonica quodammodo est
differunt autem quod hec quidem speciei cognoscitiva est architectonica alia
autem ut factiva materie. Gubernator enim qualis sit species aliqua
temonis cognoscit et instituit alius autem ex quo ligno et qua-
libus motibus erit. In his que secundum artem nos facimus ma-
teriam gratia operis in physicis autem existit. Amplius eorum que sunt ad ali-
quid materia est; alia enim speciei alia materia. Usque ad quantum igitur physi-
cum oportet cognoscere speciem et quod quid est? Aut quemadmodum medicum
nervum et fabrum es usque ad quid, cuius enim causa unumquodque
et circa hec que sunt separabilia quidem species in materia autem. Homo enim homi-
nem ex materia generat et sol. Quomodo autem se habeat et separabile
et quid sit philosophie prime est determinare opus.

Determinatis autem his considerandum est de causis que et quot
numero sunt. Quoniam enim sciendi gratia hoc negotium est
scire autem non opinamur unumquodque antequam accipiamus propter quid de
unoquoque, hoc autem est accipere primam causam, manifestum quod
et nobis hoc faciendum est de generatione et corruptione et de omni
physica mutatione quatenus scientes ipsorum principia reducere in ipsa ten-
temus quesitorum unumquodque. Uno quidem modo causa dicitur ex quo fit
aliquid cum insit sicut es statue et argentum fiale et horum genera.
Alio autem modo species et exemplum, hoc autem est ratio ipsius quod
quid erat esse et huius genera ut que est diapason duo ad unum et
omnino numerus et partes que in diffinitione. Amplius unde principium
mutationis primum aut quietis ut consilians causa et pater filii
et omnino faciens facti et transmutans transmutati. Adhuc autem quemad-
modum finis. Hoc autem est cuius causa ut ambulandi sanitas. propter quid

Contingit autem

enim ambulat dicimus ut sanaretur et dicentes sic opinamur assignasse causam et quecumque iam movente alio intermedia fiunt finis ut sanitatis macies et purgatio aut pocula et organa omnia enim hec finis gratia sunt differunt autem ad invicem quia alia quidem opera alia vero organa. Quare quidem igitur sic tot modis dicuntur. Contingit autem multis dictis causis multas eiusdem causas esse et non secundum accidens ut statue statuificum et es non secundum aliud aliquid sed secundum quod est statua sed non eodem modo sed hoc quidem ut materia est aut sic motus. Sunt autem quedam et ad invicem cause ut laborare causa est boni habitus et hec laborandi. sed non eodem modo. sed hec quidem sic finis. illa autem sicut principium motus. Amplius autem et eadem contrariorum est que enim presens causa huius est hec et absentem causam aliquando dicimus ut absentia gubernatoris navis submersionis cuius erat presentia causa salutis. Omnes autem dicte cause in quatuor cadunt modos manifestissimos. Elementa enim sillabarum et materia vasorum et ignis et huiusmodi corporum et partes totius et suppositiones conclusionis sicut ex quo cause sunt. Horum autem quedam sunt sicut subiectum ut partes. alie sunt sicut quod quid erat esse totum et compositio et species. Semen autem et medicus et consilians et omnino faciens omnes sunt unde principium mutationis aut motus est. Alie autem sicut finis et bonum aliorum. quod enim est causa cuius causa potissima et finis aliorum vult esse. Differt autem nihil dici eandem bonum vel videri bonum. Cause quidem igitur hee et tot sunt specie. Modi autem causarum numero quidem sunt multi. Capitales autem et hii minores. Dicuntur autem cause multipliciter et earum similium specierum prius et posterius alterum altero ut sanitatis medicus et artifex et diapason duplum et numerus et semper continentia ad unumquodque. Amplius sicut accidens et horum genera sicut statue aliter policletus et aliter statuificus quoniam accidit statuifico esse policletum et continentia accidens ut si homo causa sit statue

et omnino animal. Sunt autem et accidentium alie et aliis longius
et magis propius, ut si albus et musicus cause dicantur
statue. Preter omnes autem, et proprie dictas et secundum accidens,
alie quidem ut potentes dicuntur, alie vero ut operantes, ut edificandi
domum edificator, sed edificans edificator. Similiter autem dicetur
in quibus cause sunt et in hiis que dicta sunt, ut huius statue
et inquantum statue, aut et omnino ymaginis, et eris huius et
inquantum eris, aut omnino materiei, et in accidentibus similiter.
Amplius autem et ille et iste composite dicuntur, ut non Policletus neque
statuefactor, sed Policletus statuefactor. Sed omnes hee
multitudine quidem sex, dicte autem dupliciter. Aut enim sicut singulare
aut sicut genus, aut sicut accidens, aut sicut genus accidentis, aut
sicut complexe hec aut sicut simpliciter dicte. Omnes autem aut
operantes aut secundum potentiam sunt. Differunt autem intantum quod operantes et
singulares sunt simul et non sunt quorum cause sunt, ut hic medicans
cum hoc qui sanatur, et hic edificator cum edificato; que autem
sunt secundum potentiam non semper. Corrumpuntur enim non simul domus
et edificans. Oportet enim semper causam uniuscuiusque summam querere,
sicut et in aliis, ut homo edificat quoniam edificator est, edificator
autem est secundum edificatoriam; hec igitur prima causa
est, et sic in omnibus. Amplius autem alie sunt genera generum,
alie autem singulares singularium, ut statue statuarium quidem,
huius autem hunc. Et potentes quidem possibilium, operantes
quidem ad operata. Quot igitur et quo sunt cause modo determinate sint sufficienter.

Tractatus quartus in eodem secundo

Dicitur autem fortuna et casus causarum,
et multa esse et fieri propter fortunam et casum. Quo
enim modo in hiis causis fortuna et casus, et utrum eadem sunt
fortuna et casus aut altera, et omnino quid sit fortuna et
casus considerandum. Quidam enim si sunt aut non omnino dubitant.
Nichil enim a fortuna dicunt fieri, sed omnium esse aliquam causam,

Ostendit opinionem antiquorum et dubitabit

determinata, quecumque dicimus a casu fieri vel a fortuna, ut venienti
in forum a fortuna et reperiendi quem volebat quidem sed non opinabatur
est. Causa autem est velle venire emere. Similiter autem et in aliis
que a fortuna dicuntur semper est aliquid accipere causam, sed non for-
tunam. Quare si aliquid erat a fortuna, mirabile utique videbitur
sicut vere est. Et dubitabit utique aliquis quare nullus antiquorum
sapientum causas de generatione et corruptione dicens de fortuna nichil
determinavit, sed sicut visum est nichil opinabantur neque illi esse ali-
quid a fortuna. Sed hoc mirabile sicut vere est. Multa enim fiunt
et sunt que sunt a casu et a fortuna, que non ignorantes quod est
reducere unumquodque in aliquam causam eorum que fiunt, sicut aliqua
ratio dixit destruens fortunam. Tamen horum quidem quedam antiqui
dicunt omnes esse a fortuna, alia vero non a fortuna, tamen et
quodammodo erat faciendum horum memoriam. At vero neque illorum
aliquid aliquis opinabatur fortunam, sed ut amicitiam aut litem
aut ignem aut intellectum aut aliquid talium. Inconveniens enim est
sive non putaverunt esse sive putantes reliquerunt, et hoc aliquando
utentes, sicut Empedocles non semper aerem superius segregari,
sed ut contingit. Dicit enim in mundi constitutione sic occurrisse
currentem tunc, multociens autem aliter. Et partes animalium et plantarum
a fortuna fieri plurimas. Sunt autem quidam qui celi huius et
mundanorum omnium esse causam a casu; a casu enim conversionem fieri et motum
discernentem et statuentem in hunc ordinem esse. Et multum hoc ipsum
admiratione dignum est, dicentes animalia quidem et plantas a fortuna
nec esse nec fieri, sed aut naturam aut intellectum esse aut huius aliud
causam. Non enim quodcumque evenit ex semine aliquo fit, sed ex hoc
quidem oliva, ex tali autem homo; celum autem et divinissima manifesta
a casu fieri, huius autem causam neque unam ut animalium et plantarum.
Est igitur si sic se habent, hoc ipsum dignum est ordinare, et bene
se habet aliquid dicere de hoc ipso. Et ad id enim et aliter quomodo

Sunt aut

Et vero nec

quod dictum est. ad hoc inconveniens est dicere hoc. videntes in celo
nichil a casu fieri. Sunt autem quedam quibus videtur causa esse for-
tuna immanifesta autem humano intellectui sicut divinum quoddam
sit et felicius. quare considerandum est quid quidem utrumque. et si idem
aut alterum sit. et fortuna et casus. et quomodo in determinatas causas co-
incidunt. Primum igitur quoniam videmus alia quidem semper similiter et si
fieri. alia autem sicut frequenter. Manifestum est quod neutrius horum
causa fortuna dicitur. neque quod est a fortuna causa est. neque
illius quod est ex necessitate et semper. neque eius quod est frequenter.
Sed quoniam que fiunt ex hoc. et omnes hoc dicunt esse a fortuna
Manifestum est quod fortuna aliquid sit et casus. huiusmodi enim a fortuna
fieri et a fortuna huiusmodi esse scimus. Eorum autem que fiunt alia
fiunt propter hoc. alia autem non. horum autem alia secundum propositum
Omnia autem sunt in hiis que sunt propter hoc. Quare manifestum
est in hiis que sunt preter necessarium. et in eo quod est sicut frequenter
Sunt quedam circa que contingit esse quod est propter hoc. Sunt autem
propter hoc ab intellectu utique aguntur. et quecumque a natura. huiusmodi igitur
cum secundum accidens fiant. a fortuna dicimus esse. Sicut enim et quod est
aliquid quidem per se tantum. aliud autem accidens. sic et causam contingit
esse. ut domus quidem causa per se. causa est edificativa. secundum accidens
autem albus et musicus. Per se igitur causa finita est. per accidens quidem
infinita. infinita autem uni utique accidunt. Sicut quidem igitur dictum est
et in hiis que propter hoc utique fiunt aliquid fiat. tunc dicitur a casu
et fortuna. Ipsorum autem differentia ad invicem posterius determinanda est
Nunc autem manifestum est quod utraque sunt in hiis que sunt propter hoc. Ut
causa recipiendi argentum venit utique debitor pecuniam si scivisset
venit autem non huius causa. Sed accidit venire et facere hoc recuperandi
gratia. hoc autem sicut neque frequenter veniens ad illam neque ex
necessitate. Amplius autem finis est recuperatio causarum. non in ipso
sed propositorum et ab intellectu. et tunc a fortuna venisse dicitur proponens

Infinitas [illegible]

et huius causa aut sicut semper aut sicut frequenter acceptum
venit non a fortuna est. Manifestum utique quod fortuna causa sit
per accidens et in hiis que in raro [illegible] preter sunt per propositum
eorum que propter hoc aliquid sunt. Unde causa eadem fortuna et intellectus
sunt; propositum enim sine intellectu non est. Infinitas causas necesse
est esse a quibus fiat quod est a fortuna. Unde videtur fortuna infi
nita esse et humanis incerta et est quod a fortuna nichil fieri
videtur. Hec enim omnia recte dicuntur convenienter. Est enim
sic ut quod fit a fortuna fit enim secundum accidens et fortuna est causa
per accidens, sicut autem simpliciter nullius, ut domus edificator
quidem causa est, per accidens quidem tibicen et veniendi pecuniam
accipere non huius causa venientis et cause multitudine sunt infinite.
Et namque aliquem videntem velle et prosequentem et fugientem et visurum.
Et fortunam dicere extra rationem est recte. Ratio namque eorum que
semper sunt aut eorum que sicut frequenter sunt. Fortuna autem in
hiis que fiunt preter hec. Quare quoniam huiusmodi cause infinite sunt
et fortuna infinita est. Sed in aliquibus defficiet in quibus utrum
igitur contingentia quelibet a fortuna cause sunt ut sanitatis spiritus
aut estus, sed non magis depilari. Sunt autem aliqua proximiores
que secundum accidens causarum sunt. Fortuna autem dicitur bona cum bonum
aliquid accidit, prava autem quando pravum aliquid. Eufortunium autem
et diffortunium cum magnitudine sunt habentia hec. Unde ma
gni secus parvum aut bonum magnum accipere aut eufortunium esse
aut disfortunium est. Quoniam intellectus tanquam esse dicit; quod enim
est secus parvum tanquam nichil distare videtur. Amplius eufor
tunium rationabiliter incertum est; incerta namque fortuna est. Neque
enim sicut semper neque sicut frequenter possibile est esse horum que sunt
a fortuna. Sunt igitur sicut dictum est utraque secundum accidens cause
et fortuna et casus in contingentibus, neque simpliciter neque secundum
accidens sic frequenter fieri et horum quecumque propter aliquid fiunt.

Fortuna autem [illegible]

Differt autem quoniam casus in plus est. quod enim a fortuna
est a casu est. hoc autem omne non est a fortuna. Fortuna quidem
enim et quod est a fortuna. quibuscumque bene contingere inest et
omnino actus. unde necesse circa practica fortunam esse.
Signum autem est quod idem felicitati. aut prope videtur. felicitas
enim praxis quaedam est. eupraxia enim est. quare quibuscumque agere
non contingit neque aliquid a fortuna facere. et propter hoc neque in-
animatum nullum. neque infans. neque bestia. nihil a fortuna facit. quia
non habent prohaeresim. neque enim habent eufortunium aut deffortu-
nium. nisi secundum similitudinem. sicut Protharcus lapides dicit esse
ex quibus arae fiunt. quoniam honorantur. alii autem horum conculcan-
tur. Pati autem a fortuna. quo hiis cum agens aliquid circa hec
a fortuna operatur. aliter autem non est. Sed casus et aliis anima-
libus et in multis inanimatorum inest. unde equus casu quidem venit. quia
veniens salvatus est. non autem causa salvandi venit. Et tripes
casu cecidit. stetit enim causa sedendi. sed non causa sedendi cecidit.
Quare manifestum quod in hiis quae simpliciter fiunt propter aliquid. fiunt
non causa accidentis fiunt quorum est causa extra. tunc a casu esse dicimus.
quaecumque autem a fortuna fiunt proheretorum in habentibus prohaeresim.
Signum autem est quod vanum est. quoniam dicitur cum non fiat propter
aliud illius causa. ut ambulare deponendi causa est. si vero ambu-
lanti non fiat. frustra dicimus ambulasse. et ambulatio vana est
tamquam hoc frustra sit quod aptum natum est alterius est cum illud
non inducit cuius causa et aptum natum erat. quoniam si frustra aliquis
balneare dicit eo quod sol non defecerit. derisio utique erit. non enim
hoc illius causa erat. Sic igitur automaton quod per se est frus-
tra nomen est. cum ipsum frustra fiat. cecidit enim lapis non percutiendi
causa. ab eo igitur quod per se natum est cecidit lapis. quoniam utique
cecidit a quodam et percutiendi causa. Maxime autem separatum est a
fortuna in hiis. sed magis ab eo quod est per se frustra factum.
tunc a natura fit. cum enim fiat aliquid extra naturam. tunc non est a fortuna

esse dicitur. Est autem et hec dicta altera. huius enim causa extra est
illius autem intra. Quid igitur sit per se casus frustra et for-
tuna dictum est. in quo ad invicem differunt.

Eorum modorum autem cause in quibus est unde principium motus
utrumque est. aut enim eorum que a natura aut ab intelligentia
semper causa est aut enim eorum que a natura sunt aliqua est. Sed horum
multitudo infinita est. Quoniam autem casus et fortuna cause sunt quorum
utique aut intellectus aut natura causa fiat horum quando autem nichil
secundum accidens prius est hiis que sunt per se. Manifestum est quod neque
secundum accidens causa prior est causa que est per se. Unde et posterius
utique et intellectu et natura fortuna erit et casus. Quare si aliqua
maxime celi causa est casus necesse est prius intellectum causam
causam et naturam esse et aliorum multorum et huius omnis.

Quoniam autem sunt cause et quod tot sunt cause numero quot dicimus
manifestum est. tot enim numero sunt quot ipsum quid comprehendi-
tur in immobilibus aut mathematicis. aut enim ipsum quid in id quod
est ultimum reducitur in hiis que sunt sine motu et in mathematicis
doctrinis in diffinitionem enim recti aut commensurabilis aut alicuius al-
terius aliqua in ultimum reducitur. aut in primum movens ut propter quid
pugnaverunt quia furati sunt. aut alicuius gratia ut dominentur
aut in hiis que fiunt materia. Has quidem igitur causas et tot esse mani-
festum est. Quoniam autem quatuor cause sunt de omnibus physici
considerare et reducens in omnes physice demonstrabit materiam speciem
et moventem et cuius causa sit. Sed cause tres multotiens
in unam veniunt. Quod quidem enim aliquid est et quod est cuius causa
est una est. que vero est unde principium motus hiis specie e
eadem. homo enim hominem generat. et omnino quecumque mota movent
physici debet considerare. quecumque autem non non amplius physice sunt. Unde
tria negotia sunt quod fiunt sicut unde quedam circa immobile
aliud vero circa mobile non corruptibile autem. aliud vero circa corruptibilia.

Quare propter quid in materiam reducitur ultima et in eo quod quid est et in primum movens. de generatione autem loquentes hoc maxime modo causas considerant. quid post quid fiat. et quid primum fecit aut quid passum fuit. et sic semper quod consequenter est. duplicia autem simpliciter moventia sunt. quorum alterum non physicum est. non enim in seipso motus principium habet. huiusmodi autem est si aliquid movet quod non movetur. sicut quod est penitus immobile. et primum omnium. et quod quid est et forma est. finis autem est et cuius causa fit. quare quoniam natura est propter aliquid. et hanc scire oportet. et penitus propter quid Reddendum est. quia ex hoc est. hoc est necesse esse. sed hoc est aut simpliciter aut frequenter est. et sic hoc fieri debet. ut ex propositionibus conclusio. et quoniam hoc erat quod quid erat esse. et propter hoc quia dignius est sic. non tamen simpliciter. sed ad uniuscuiusque substantiam.

Dicendum quod primum. quoniam natura eorum que sunt causarum propter aliquid.

Postea de necessario quomodo se in physicis habet. In hanc enim causam inducunt fere omnes. quoniam quia calidum est huiusmodi aptum natum esse et frigus et unumquodque talium. hec quidem ex necessitate fiunt et innata sunt. Etenim si aliquam causam dicant quamcumque tangentes gaudent singulis. hic quidem concordiam et discordiam. ille vero intellectum. Habet autem opinionem oppositam. quid prohibet naturam non facere propter hoc neque quia melius est. sed sicut pluit iupiter non ut frumentum augmentet sed ex necessitate. sursum enim aqua ducta congelari oportet. et congelatam aquam liquefactam deorsum ferri. augeri autem cum hoc fiat accidit frumentum. similiter si perditur frumentum in area. non huius causa pluit ut perdatur. sed hoc accidit. Quare quid prohibet sic et partes se habere in natura. ut dentes ex necessitate oriri. hos quidem maiores anteriores acutos aptos ad dividendum maxillares autem latos et utiles ad terendum cibum. quoniam non propter hoc fieri. sed contingere. Similiter autem et de aliis partibus in quibus videtur esse quod est propter aliquid. ubicumque enim omnia accidere sicut si quidem

propter hoc fiunt. hec quidem salvata sunt ab eo quod per se vanum est
et constituta apte. Quecumque vero non sic sunt, perdita sunt et per
dunt quemadmodum Empedocles dixit bovigenas et viriperas
Ratio quidem igitur qua deficiet aliquis hec est. et si aliqua alia
huiusmodi sunt. Sed impossibile est ista hunc habere modum. hec quidem enim
et omnia que sunt natura aut sicut semper sunt aut sicut frequenter
Sed eorum que sunt a natura fortuna vel a per se vano nichil
neque a casu pluere videtur in hyeme, sed forte sub cane neque ar
ma sub cane. sed etiam forte in hyeme. Si igitur a casu videntur
aut propter hoc esse sed non possibile est neque a casu neque a per se vano
propter aliquid utique erunt. Sed ex natura sunt huiusmodi omnia quemadmodum
firmabunt hoc et ipsi dicentes est itaque quod aliquid propter
in hiis que natura fiunt et que sunt. Amplius in quibuscumque
finis est aliquis huius causa agitur et quod prius et quod consequenter
Igitur sicut agitur sic aptum natum est. et sicut aptum natum est sic agitur
unumquodque, si non aliquid impediat. agitur autem et propter hoc aptum
natum est huius causa. ut si domus esset eorum que natura fiunt sic utique
esset facta sicut nunc ab arte est. Si autem que natura non solum
a natura, sed et arte fierent similiter fierent in quantum apta nata esset. propter
igitur alterum et alterius. Omnino autem ars alia quidem perficit que natura
non potest operari. alia vero imitatur. Si igitur que sunt secundum artem
propter hoc sunt manifestum est. et que secundum naturam sunt. Similiter enim
se habent ad invicem et in hiis que sunt secundum artem et in hiis que
sunt natura priora ad posteriora. Manifestum autem in aliis animalibus
que neque arte neque questura neque deliberatione faciunt.
Unde dubitabant quidam utrum intellectu aliquo aut quodam alio
operantur aranee et formice et huiusmodi. paulatim autem sic procedenti
aut sic et in plantis apparet expediencia proficiencia quod propter finem
facta ut folia propter fructus cooperimentum. quare et si natura fiunt
et propter quid hirundo nidum et aranea telam, et plante folia gratia

fructuum et radices non sursum sed deorsum gratia alimenti. Manifestum
est quod causa huiusmodi est in hiis que natura fiunt et sunt. Et quoniam que secun-
dum naturam dupliciter dicitur alia quidem sicut materia alia quidem sicut
forma, finis autem hec est, propter autem finem alia sunt, hec utique erit
causa cuius gratia. Peccatum autem fit et in hiis que fiunt secundum
artem. Scripsit enim non recte grammaticus et potionavit medicus non recta po-
tione. Quare manifestum est quod contingit et in hiis que secundum naturam. Si igitur sunt
que secundum artem in quibus recte fit quod propter aliquid, in hiis
autem peccatum gratia cuius agitur, sed fallitur. Similiter utique in physicis
et monstra sunt et peccata illius propter quod aliquid est. In constitutionibus
ergo que sunt ex principio bovigene, sed non ad aliquem terminum et finem
possibilia erunt venire, corrupto principio aliquo, sicut
nunc in semine. Amplius necesse est semen fieri primum, sed non statim
animalia, et molle utique quod primum semen erat. Amplius et in plantis
inest propter aliquid, aut dearticulatum est. Utrum igitur in arboribus fiant
sicut bovigene vitigene sicut virigene semiprore aut non. Inconveniens
enim est. Sed oportuit siquidem in animalibus et in seminibus fieri
quodcumque contigit. Omnino autem destruit se dicens que ita sunt et que
secundum naturam sunt. Natura namque sunt quecumque ab aliquo
in seipsis principio mota perveniunt in aliquem finem. In quocumque
autem non idem unumquodque, neque contingens est semper igitur in
eundem nisi aliquid impediat. Hoc autem est cuius causa fit
et quod est propter hoc causa fiet utique a fortuna ut dicimus. A fortuna
venit extraneus balneatus. Abiit enim tamquam propter hoc veniens
operatur. Non autem propter hoc venit et hoc secundum accidens est. Et namque
fortuna causarum est que sunt secundum accidens sicut et prius diximus. Sed cum
hoc semper aut frequenter fiat non secundum accidens, neque a fortuna est.
In physicis autem semper sic est nisi aliquid impediat. Inveniens (?)
inconveniens autem est non propter aliquid opinari fieri nisi videatur
deliberatum movens, et ars enim non deliberat. Et namque si esset in ligno

naturae fiunt sicut natura faceret. Quare si in arte est propter aliquid
et in natura est. Maxime autem manifestum est in aliquibus mediantibus
ipsum. Hinc quod enim opus est necessarium. Utrum igitur necessarium sit ex conditione propter
hoc aut ex necessitate, ut ex quibus aliquid manifestum est,
conditione sit aut simpliciter. Nunc quidem enim opinantur quod est ex ne-
cessitate materiae in generatione, sicut si aliquis murum factum esse ex
necessitate cogitet, quoniam gravia quidem deorsum ferri apta nata sunt,
levia vero superiusnatant. Unde lapides deorsum et fundamenta, terra
autem sursum propter levitatem, superiusnatant autem maxime ligna; levissima
namque sunt. Sed tamen non sine his quidem facta sunt, neque eorum propter
haec nisi sicut propter materiam, sed causa cooperiendi et salvandi. Similiter
autem et in aliis omnibus in quibuscumque propter hoc aliquid est, non
sine necessitatem habentibus naturam sunt, non tamen propter hoc sunt,
sed aut sicut propter materiam sunt, sed propter aliquid est, ut serra quare
est quae talis? Quoniam hoc sit et propter hoc. Sed tamen id quod causa
est cuius, impossibile est fieri nisi sicut ferrea fuerit. Necesse est eam ferream esse
si quidem serra erit et opus eius. Ex conditione igitur necessarium est, sed non
sicut finis est. In materia namque necessarium est, cuius causa autem est quod
fit in ratione. Est autem necessarium in disciplinis et in his quae secundum
naturam fiunt quodammodo similiter. Quoniam enim rectum est hoc est, et tri-
angulum duobus rectis aequales habere, sed non si hoc illud est,
sed si hoc non est, neque rectum est. Sed in factis propter aliquid conversio
est. Si autem finis est aut erit, quod est ante finem erit aut est.
Si autem non, non. Sicut ibi cum non sit conclusio principium non erit, sic hic
non finis et quod est cuius causa. Principium enim hic est non actio-
nis sed rationis. Ibi enim non actus non sunt. Quare si erit domus,
haec necesse est fieri aut existere aut esse, ut omnino materiam quae propter aliquid,
ut lapides aut lateres esse si domus. Non tamen propter haec finis est,
sed aut sicut materiae per materiam sunt, neque erit propter haec omnino.
Tamen si non sunt, non erit neque domus neque serra. Haec quidem

non fit nisi sicut lapides illa vero nisi ferrum fit. Necesse igitur principia
sunt nisi triangulus sit ex duobus rectis. Manifestum est quod
igitur necessarium in physicis quod sicut materia dicitur et motus ipsius
et utraque physico dicende sunt causae, magis autem quae cuius causa. Causa
enim materiei est, sed non haec finis. Et finis quia est causa cuius
et principium a diffinitione et ratione est sicut in hiis quae secundum artem quoniam
si domus talis est haec oportet fieri et esse ex necessitate et quoniam sanitas
oportet esse et fieri et si homo hoc est haec. Si autem haec et haec fortassis
autem et in ratione necessarium est ubi materia determinanti aut opus serrandi
secundum diffinitionem huius. Hoc autem non erit nisi habeat dentes hos; hos vero
non ferrei sunt. Sunt et in diffinitione quaedam partes velut materia

Phisicorum liber tercius

Quoniam autem natura est principium motus et mutationis, sit autem nobis de natura est, oportet non
ignorare quid sit motus. Necessarium enim est ignorato ipso ignorare naturam. Determinantibus autem de
motu temptandum est eodem modo aggredi et de hiis quae consequenter sunt.
Videtur autem motus esse continuorum, sed infinitum apparet primum in continuo, indigere
ratione infiniti tamquam in infinitum divisibile continuum sit. Adhuc autem sine
loco et vacuo et tempore impossibile est esse motum. Manifestum igitur est et propter
haec omnium naturalium sunt communia et universalia haec omnibus intendendum
prae argumentantibus de unoquoque istorum. Posterior autem de propriis speculatio
ea quae de communibus est. Primum autem sicut diximus de motu. Est igitur
aliquid quod endelechia tantum est, aliud autem tantum potentia et endelechia. Quae
sunt actu hoc quidem aliquid, aliud vero quantum, aliud vero quale vel
aliorum entium praedicamentorum similiter. Ad aliquid quod aliud quidem secundum superhabundantiam
et defectum dicitur, aliud autem secundum activum et passivum dicitur et omnino
motivum et mobile. Motivum enim motivum mobilis est et mobile mo-
tivo est mobile. Non igitur aut motus praeter res. Mutatur enim illud semper

ut de augmentatione ut de alteratione

quod mutatur aut secundum substantiam aut secundum quantitatem aut secundum qualitatem aut secundum
locum. Commune autem in his nullum est accipere et sicut dixi quia
neque hoc neque quantum neque quale sit neque aliorum predicamentorum aliorum nullum
Quare neque motus neque mutatio nullius erit extra ea que dicta
sunt cum nichil sit extra predicta. Unumquodque dupliciter inest omnibus ut hoc
aliquid aliud quidem enim forma ipsius aliud vero privatio et secundum
qualitatem hoc quidem enim album istud autem nigrum et secundum quantitatem
aliud quidem perfectum aliud vero imperfectum. Similiter autem secundum loci mutationem
hoc quidem sursum istud vero deorsum aut hoc quidem grave aliud vero
leve. Quare motus et mutationis tot sunt species quot et entis. Di-
visio autem secundum unumquodque genus hoc est quidem endelechia hoc
autem potentia existentis endelechia secundum quod huiusmodi est motus est
ut alterabilis quidem inquantum est alterabile alteratio est augmen-
tabilis autem et oppositi nullum enim commune nomen in utrisque secundum
augmentum et decrementum generabilis et corruptibilis generatio et
corruptio loco mutabilis loci mutatio. Quod autem sit hic motus ab
hinc manifestum est cum enim edificabile inquantum huiusmodi ipsum dicimus
esse cum sit actu edificatur et est edificatio. Similiter autem et doctri-
natio et medicatio et volutatio et saltatio et adolescentia et se-
nectus. Quoniam autem quedam eadem sunt et potentia et actu quamvis
non simul aut non secundum idem sed ut calidum quidem potentia frigidum autem
endelechia multa iam agunt et patiuntur ad invicem. Omne enim erit
simul activum et passivum. Quare et movens phisice mobile erit. Omne
enim huiusmodi movens et movetur et ipsum. Videtur quidem quibusdam
omne movens moveri sed de hiis quidem ex aliis erit manifestum
quomodo se habent. Est enim quoddam movens et immobile. Secundum po-
tentiam existentis cum endelechia ens agat aut ipsum aut aliud
inquantum mobile motus est. Dico autem hoc inquantum sic. Est enim
es potentia statua sed tamen non eius endelechia et inquantum es
est motus est. Non enim idem est eri esse et potentia alicui mobili quam

Divisio

Quoniam

[illegible] motus [illegible] in actu [illegible] potentia [illegible] actu [illegible] motus est actus entis in actu [illegible] actus entis in potentia [illegible] in actu imperfecto

et si idem et simpliciter et secundum rationem et simpliciter unique eius in
quantum est endelechia motus Non est autem idem quemadmodum dictum
est manifestum autem est et in contrariis posse quidem enim sanari et
posse laborare alterum esse etenim laborare quidem et sanare idem erit sub
iectum autem et sanabile et infirmum sive humiditas sive sanguis
unum et idem est Quoniam autem non est idem quemadmodum neque color idem
et visibile potentialis in quantum est potentialis endelechia manifestum quod sit motus
Et igitur est hic et quod accidit tunc moveri quod endelechia quando
et neque prius neque posterius Contingit enim unumquodque quando
operari aliquando autem non ut edificabile et edificabilis actus in quan
tum est edificabile edificatio est aut enim hec edificatio actus
aut domus sed cum domus sit non amplius edificabile edificatur autem
edificabile necesse est ergo edificationem esse actum actum motus
quidam est adhuc vero quemadmodum eadem ratio aliis motibus Quod autem bene
dictum sit manifestum est ex quibus alii de ipso dicunt et ex eo quod non
facile est diffinire aliter ipsum neque enim motum in alio genere ponere
potest utique aliquis manifestum autem intendentibus quemadmodum ponunt
quidam ipsum alteritatem et inequalitatem et quod non est dicentes motum
quorum nullum necessarium est moveri neque si alterum sit neque si equale sit
Sed neque mutatio neque in habitudine que in hiis magna est
quoniam ex oppositis Causa autem in hoc diffinire ponere quod inde
terminatum esse quemadmodum motus videtur alterius esse aut coordinatia
omnis privata et eo quod sunt privatio indeterminata sunt enim neque
hoc neque tale neque unum ipsorum neque aliorum predicamentorum Videri
autem indeterminatum esse motum causa est quia neque in potentia
eorum que sunt neque in actu est ponere ipsum neque enim
possibile est quantitatem moveri ex necessitate neque quod actu
quantum est Et motus quidem actus videtur esse imperfectus autem
Causa autem est quoniam imperfectum est possibile cuius est actus Et propter
hoc igitur difficile est ipsum accipere quid sit aut enim in privationem

hic probat quod edificatio sit actus [illegible] edificabilis [illegible] motus [illegible] edificatio [illegible] actus edificabilis [illegible] domus [illegible] actus [illegible] edificatio [illegible] motus [illegible] actus entis in potentia [illegible]

necesse est ponere aut in potentia aut in actu simpliciter, horum autem nullum
videtur contingens. Relinquitur igitur predictum motum actum quendam
quendam et huiusmodi actum qualem diximus, difficilem quidem videre
contingentem autem esse. Movetur autem movens sicut diximus omne quod est potentia
mobile et cuius immobilitas quies est, cui enim motus est, inest
huic immobilitas quies est. Adhuc enim agere in mobile huiusmodi
ipsum movere, hoc autem facit tactu quare simul et patitur. Unde mo-
tus est actus mobilis est inquantum mobile. Accidit autem hoc
tactu moventis quare simul et patitur. Speciem autem semper feret aliquam
movens aut enim hoc aut quale aut quantum que erit principium
et causa motus cum moveat ut actu homo facit ex potentia existente
hominem. Et dubium autem manifestum quia quod est motus mobili actus
enim huius et ab hoc, moventis actus non alius est, oportet enim quendam
et actum in utrisque, motivum quidem in eo posse, movens autem operari
vel agere sed est activum mobilis. Quare similiter unus utrorumque actus
est sicut idem spacium est unum ad duo et duo ad unum et ad ascen-
dentis et descendentis, hoc enim unum quidem sunt unum, ratio autem non
una est. Similiter autem est in movente et moto, habet enim defectum
rationabilem. Necesse est enim forte aliquid esse actum activum et passivum
huius quidem enim actio illius autem passio opus huius enim et finis
huius quidem actio illius enim passio. Quoniam igitur utraque sunt motus si quidem
altera in aliquo sunt aut enim utraque in patiente et moto sunt
aut actio in agente passio autem in patiente est. Si autem oportet et hanc
actionem vocare equivoce autem sit utique. Oportet si hoc in movente motus
erit enim eadem enim ratio est in movente et moto, quare aut omne
movens movebitur aut habens motum non movebitur. Si autem utraque
in moto sunt et in patiente et actio et passio et doctio et doctrina
cum duo sint in discente, primum quidem quod actus utriusque non in uno
erit, et preterea movens est, per duos motus est simul moveri,
quendam namque erunt due alterationes alterati unius et in unam speciem

Sed impossibile si unum sunt actus. Et si impossibile est duorum alterorum
idem esse et unum actum. Et erit siquidem doctio et doctrina idem,
et passio actio, et docere ei addiscere idem, et agere ei pati. Quare ne-
cesse est omnem docentem discere et agentem pati. Aut neque alterius
actum esse in alio inconveniens est. Est enim doctio actio docentis
in quodam tamen et non decisus, sed huius in hoc. Neque unum duobus
prohibet nihil eundem esse actum, non sicut esse idem, sed sicut est quod
potentia est ad agens. Neque necesse est docentem addiscere, neque si pati
et agere idem est, non tamen sicut ratio una quod quidem erat esse,
sicut tunica et indumentum, sed sicut via a Thebis ad Athenas
et ab Athenis ad Thebas, quemadmodum dictum est prius. Non enim
omnia eadem insunt quaelibet in eo quod insunt eisdem, sed solum quibus
idem esse est. At vero neque si doctio et doctrina idem, et addiscere et
docere sunt, sed neque si spacium distantium sit et distare, sicut
et inde huc unum et idem est. Omnino autem dicere neque doctio doctrinae,
neque actio passioni idem proprie est, sed cui insunt haec motus.
Quod enim huius in hoc et quod huius ab hoc actum esse ratione alterum. Quid quidem
igitur motus sit et universaliter dictum est. Non enim immanifestum est quomodo dicetur
speciem unamquamque ipsius. Alteratio quidem enim alterabilis inquantum
alterabile endelechia est. Amplius autem notius potentia activi et pas-
sivi inquantum huiusmodi simpliciter et iterum secundum unumquodque ut aedificativi et medica-
tivi. Eodem autem dicetur modo et de aliis motibus singulis.

Quoniam autem de natura scientia est circa magnitudines et tempus et motum,
quorum unumquodque necesse est aut infinitum aut finitum,
et si non omne sit infinitum aut finitum, ut passio aut punctum,
talium enim fortassis nullum necesse est in altero horum, et quaerentibus utique
erit de natura negotiatione considerare si est aut non est et si est quid est.
Signum autem quod huiusmodi scientiae propria est consideratio quae de ipso est. Omnes enim
qui videntur digne tetigisse huiusmodi philosophiae sermonem fecerunt de infinito,
et omnes tamquam principium ponunt quoddam entium quae sunt.

Alii quidem quemadmodum pitagorici et plato per se non sicut accidens alteri alicui sed sicut subiectum ipsum esse infinitum. preter quod pitagorici quidem in sensibilibus, neque enim abstractum faciunt numerum et quod extra celum infinitum. plato autem extra nullum esse corpus neque ydeas species eo quod nusquam sunt, infinitum tamen et in sensibilibus et in illis. Et quidem infinitum esse parem parte. hoc enim quidem comprehensum et sub impari reclusum adhibet hiis que sunt infinitatem. Signum autem huius est quod contingit in numeris circumpositis gnomonibus circa unum et extra aliter quidem aliam fieri speciem semper aliter autem unam. plato autem duo infinita magnum et parvum. De natura autem omnes semper subiciunt alteram quandam naturam infinito dictorum elementorum ut aquam et aerem aut medium horum. finita autem facientium elementa nullus infinita. Quicumque autem infinita faciunt elementa quemadmodum anaxagoras et democritus. hic quidem ex similibus partibus. ille autem ex omni semine figurarum contactu continuum infinitum esse dicunt. et hic quidem quamlibet partem similiter mixtam esse toti ex eo quod videt quodlibet ex quolibet fieri. hinc enim videtur et simul aliquando omnes res affirmare esse ut hec caro et hoc os et sic quodlibet et omnia ergo et simul. principium ergo non solum in unoquoque est discretionis sed et omnium est. Quoniam autem omne quod fit ex huiusmodi corpore omnium generatio preter quod non simul et quoddam principium esse oportet generationis. hoc autem est unum quod ille vocat intellectum. intellectus autem ex principio quodam in aliis operatur. quare necesse simul omnia esse et incipere moveri aliquando. Democritus autem nullum alterum ex alio fieri primorum dicit. sed tamen ipsum esse corpus omnium est principium magnitudine secundum partes et figuras. quod igitur conveniens sit physicis hec speculatio manifestum ex hiis. Rationabiliter autem et principium ipsum ponunt omnes. neque enim frustra possibile est ipsum esse neque aliam inesse potentiam nisi sicut principium. Omnia enim aut principium sunt aut ex principio. infiniti autem non est principium

De natura

Democritus

esset enim ultimum finis ipsius Amplius autem ingenitum et incorruptibile
si est quoddam principium Quod enim fit necesse est accipere finem et fina
litas est corruptionis Quare sicut dictum est non habet principium
sed habet aliorum videtur esse et continere omnia et omnia gubernare
sicut affirmant quicumque non faciunt preter infinitum alias causas ut intellectum
aut concordiam et hoc esse divinum immortale enim et incorruptibile
sicut affirmat Anaximandros et plurimi physiologorum Esse autem aliquid
infinitum fides ex quinque contingit maxime intendentibus ex tempore
hoc enim infinitum et ex magnitudinum divisione utuntur enim mathematici
infinito Amplius sic utique solum non est deficere fieri vel corrumpi
si infinitum sit Amplius includendo finitum semper ad aliud quasi
necesse est nullum esse terminum si semper necesse est includere alterum ad alterum
Maxime autem et magis proprie quam omnem facit dubitationem omnibus
propter id enim quod in intelligentia non deficit et numerus infinitus videtur et
mathematice magnitudines et quod est extra celum infinitum autem cum
sit et corpus infinitum videtur esse et mundi Quid enim magis vacui
hic quam hic quare in uno loco et ubique et magnitudinem Igitur
autem et si vacuum est et locus infinitus et corpus infinitum necesse est
esse contingere enim nihil differt in perpetuis Habet autem dubitationem
de infinito consideratio et namque non esse potentialiter multa impossibilia
accidunt et esse Amplius autem et qualiter est necessarium sit sicut substantia
aut sicut accidens per se alicui nature aut neutraliter sed nihilominus
omnia est infinitum et infinita magnitudine Maxime autem est physici
considerare si est magnitudo sensibilis infinita Primo igitur determinare
oportet quot modis dicitur infinitum Uno quidem igitur modo quod impossibile
est transire eo quod non est aptum transiri ut est vox invisibilis
Aliud autem transitum habens interminabile aut quod vix aut quod
aptum natum est habere non habet transitum habet autem finem Amplius
infinitum est aut secundum appositionem aut secundum divisionem aut utroque modo
Separatum autem quidem igitur esse infinitum a sensibilibus cum ipsum aliquid quod impossibile est

Si namque neque magnitudo neque multitudo est substantia autem est ipsum
infinitum et non accidens indivisibile erit namque divisibile aut magnitudo aut
multitudo erit. Si autem indivisibile est non infinitum est nisi sicut
vox invisibilis sed neque dicunt sic esse et asserentes esse infinitum
neque nos querimus sed sicut intransibile. Si autem secundum accidens est infini-
tum erit utique elementum eorum que sunt infinitum sicut neque invisibile
locutionis quamvis vox sit invisibilis. Amplius quomodo contingit aliquid ipsum
esse infinitum si quidem non est secundum numerum et magnitudinem quorum est
per se passio adhuc infinitum adhuc minus necesse quam numerum et magni-
tudinem. Manifestum autem est et quod non contingit infinitum esse sicut
actu ens et sicut substantiam et principium. Erit enim quodlibet ipsius acceptum
infinitum si partibile. Infinito enim esse et infinitum idem est si substantia
infinitum est et non de subiecto. Quare aut indivisibile est aut
in infinita divisibile. Multa autem infinita ipsum esse impossibile. At vero sicut
aeris pars aer est sic et infiniti infinitum si quidem substantia est et prin-
cipium. Impartibile igitur et indivisibile est. Sed impossibile est actu esse infinitum
quantitatem autem aliquam necesse est esse. Secundum accidens ergo est infinitum.
Sed sicut dictum est quod non contingit ipsum principium dicere sed id cui
accidit sicut aerem aut parem. Quare irrationabiliter utique enunciant dicentes
sicut Pithagorici dicunt. Simul enim substantiam faciunt et partiuntur. Sed fortassis
hec questio est universalis magis si contingat in mathematicis infinitum esse
et intelligibilibus et in nullam habentibus magnitudinem. Nos autem
intendimus de sensibilibus et de quibus facimus methodum utrum in ipsis est
aut non est corpus infinitum in augmentum. Rationabiliter quidem
igitur speculantibus ex his videbitur non esse utique. Si enim
est corporis ratio quod planitie determinatum non erit utique corpus infi-
nitum neque intelligibile neque sensibile. At vero neque numerus sic est ut separatus
et infinitus. Numerabile enim numerus aut habens numerum. Si vero numerabile
possibile est numerari et transire utique possibile infinitum. Physice autem magis
considerantibus ex his neque enim compositum possibile est esse neque simplex

Compositum quidem igitur non erit infinitum corpus si finita elementa sunt
multitudine. Necesse enim plura esse et quae semper contraria et non esse unum
ipsorum infinitum. Si namque quantumcumque deficiat quae in uno corpore
a potentia alterius, ut si ignis finitus sit, aer autem infinitus est, aequalis
ignis aequali aeri in potentia quotienscumque duplicatus, solum autem numerum quem,
tamen quemadmodum sic manifestum quod infinitum excellit et corrumpet
finitum. Unumquodque infinitum autem impossibile esse corpus enim protensum habens
dimensionem, infinitum autem indeterminate distans est, quare infinitum corpus
omnique distans erit. At vero neque unum contingit infinitum corpus esse
et simplex neque sicut dicunt quidam quod est praeter elementa, ex quo alia generant,
neque simpliciter. Sunt enim quidam qui hoc faciunt infinitum, sed non aerem aut aquam,
quatenus non alia ratione patiantur ab infinito ipsorum. Habent enim ad invicem
contrarietatem, ut aer quidem humidus, aqua autem frigida, ignis vero calidus;
quorum si esset unum infinitum corrumperet utique alia. Nunc autem dicunt
alterum esse ex quo haec sunt. Impossibile autem esse hoc, non quia infinitum,
de quo enim omne quoddam dicendum est, et de omni sunt aut esse et aquam
quodlibet, sed quod non est huiusmodi corpus sensibile praeter vocata elementa. Omne
namque quod ex aliquo est et resolvitur in hoc, quare esset utique praeter
aerem et ignem et terram et aquam. Videtur autem nulla. Neque igitur ignem
neque aliorum elementorum nullum contingit infinitum esse. Omnino enim et praeter
illud quod infinitum sit est aliquid totum impossibile et si finitum sit, aut
esse aut fieri unum aliquid ipsorum, sicut dicit Heraclitus omnia fieri
aliquando ignem. Eadem autem ratio et de uno, ut faciunt extra
elementa physici. Omne enim mutatur ex contrario in contrarium, ut ex frigido in calidum.

Speculat autem de omni ex his considerare si contingit aut non
contingit corpus sensibile esse infinitum. Quod autem omnino impossibile sit esse
corpus sensibile et infinitum ex his manifestum. Omne enim natum est sensibile
alicubi esse et locus aliquis est uniuscuiusque et idem partis et totius,
ut totius terrae et unius glebae, et ignis et scintillae. Quare si quidem
sit eiusdem speciei, aut immobile erit aut semper movebitur. Impossibile est

quo enim deorsum aut sursum aut alicubi. dico autem si gleba sit, ali
cubi ipsa ubique movebitur aut ubi manebit. locus enim infinitus erit
cognati sibi corporis. Utrum igitur detinebit totum locum et quomodo. quae ergo
et ubi mansio et quis motus ipsius. aut ubique manebit: non ergo
movebitur. aut ubique movebitur: non ergo stabit. Si vero dissimile est omne,
dissimiles et loci sunt. et primum quidem non unum corpus omne est si autem
in tangendo. postea autem et finita haec erunt aut infinita specie. et finita
quidem non esse possunt. erunt enim alia quidem finita, alia vero non, si est totum
infinitum, ut ignis aut aqua. corruptio autem quod tale contrariis
erit sicut dictum est prius. et propter hoc nullus unum et infinitum ignem
fecit neque terram physiologorum, sed aut aquam aut aerem aut ipsorum
medium, quia locus utriusque manifestus erat et determinatus. haec autem
se habent ad ambo sursum et deorsum. Si autem infinita et simplicia
sunt, et loci infiniti et elementa infinita erunt. Si autem hoc impossibile est et loci
finiti sunt, et totum finitum esse necesse est. impossibile enim est non coaequare locum
et corpus. neque enim locus omnis maior est quam quantum contingit esse
corpus. totum contingit locum esse simul. aut neque infinitum erit corpus
neque corpus maius est loco. aut enim vacuum erit aliquid aut corpus
nusquam aptum natum esse. Anaxagoras autem inconvenienter dicit de infiniti
mansione. sustinere enim et ipsum dicit se ipsum quod infinitum. hoc autem est quia
in se ipso est. aliud enim continet nihil. tamquam ubi utique aliquid sit,
aptum natum sit ibi esse. hoc autem dicere non verum est. erit enim aliquid alicubi vi
et non ubi aptum natum est esse. Si igitur quam maxime non movetur totum, quod
in se ipso namque sustinetur et in se ipso est, immobile esse necessarium est.
Sed quare quod non aptum natum sit moveri, dicendum est. Non enim
sufficiens est sic dicentem evadere. erit enim utique et quodlibet
aliud non motum, sed aptum natum esse nihil prohibet, quoniam et terra
non fertur, neque si infinita esset, sustentata tamen a medio. sed
non quia non aliud ubi feratur manebit in medio, sed quia non
apta nata est esse sic. sed tamen liceret utique dicere quia sustinet se ipsum.

Si ergo neque in terra habita est cum sit infinita si qua gravitate habz
grave aut manet in medio silr et infinitu manebit utiq in seipso
propter quadam alia cam si no infinitu est et sustinet ipsu seipsu
Simul aut manifestu qm si sit sic quelibz pars indigebit in se ma
nere sicut enim infinitu in seipso manet se sustinens sic et si que
libet pars accipiat in seipsa manebit locus eni et pts simil lon
sunt sicut terre totius et glebe deorsum et oīs ignis et scintille
sursum quare si infiniti locus qm in seipso est et loc partis manet
bit ergo in seipsa Omo aut manifestu est qm impossibile est simul dice
infinitu corpus et locu quod corporibus esse si aut omne sensibile a gra
vitate habet aut levitate et si grave quod in mediu na latz si
vero leve sursum nate qm et infinitu corpus impossibile at aut
omne utrumque aut mediu utriusque sustinere quo enim divides aut quo
infinita erit hoc quidem sursum aliud aut deorsum aut ultimum aut
medium Amplius omne corpus sensibile in loco est loci aut species et differentie
sursum et deorsum ante et retro dextru et sinistru et hec non solum
ad nos positiones sunt sed in ipso toto determinata sunt Impossibile aut
in infinito hec esse Silr aut si impossibile locu esse infinitu in loco
aute omne corpus est impossibile est infinitu esse aliquod corpus At
vero quod alicubi est et in loco est et quod in loco alicubi est
Si igitur neque quantu possibile est infinitu esse quantu n. aliquid erit ut bi
cubitu aut tricubitu hec enim significant quantu sic et in loco quod alicubi
est hoc aut sursum et deorsum aut in aliqua alia distantia a sex
horu aut unumquodque terminus aliquis est

Quod quidem igitur actu non sit corpus infinitu manifestu ex hiis
Quod aut non sit infinitu simpliciter multa impossibilia accidunt
manifestu est Temporis enim erit quoddam principium et finis magnitu nes
non erunt divisibiles in magnitudines et numerus non erit infinitus cu aut
determinatu sit neutro modo videatur contingere oportet diiudicare et manifestu quod
sic quidem est sic aut non dicitur igitur esse aliquid quidem potentia aliud vero actu

et infinitum est quod appositione est et ablatione magnitudinis. Quod autem actu non sit infinita dictum est. Divisione autem est, non enim difficile est perimere atomos lineas. Relinquitur igitur potentia esse infinitum. Non oportet autem potentia ens accipere infinitum sicut si possibile hoc est statuam esse, quod et erit hoc statua, sic et infinitum quod erit actu. Sed quoniam multipliciter est esse, quemadmodum dies est et agon aliud et aliud semper fieri, sic et infinitum est. Et namque in his et potentia est et actu; Olympia enim sunt et ut possibile agonem fieri et in eo quod sit. Aliter autem et in tempore manifestum quod infinitum et in hominibus et in divisione magnitudinum. Omnino quidem enim sic est infinitum quod semper aliud et aliud accipitur, et acceptum quidem semper est finitum, sed semper alterum et alterum. Quare infinitum non oportet accipere sicut hoc aliquid ut hominem aut domum, sed sicut dies dicitur et agon, quibus esse non sicut substantia quedam facta est, sed semper in generatione aut corruptione finitum, sed semper alterum et alterum. Sed in magnitudinibus quidem permanente accepto hoc accidit, in hominibus autem et tempore corruptis sic quod non sit deficere. Quod autem est secundum appositionem idem quodammodo est et quod est secundum divisionem. In finito enim secundum appositionem fit conversim; secundum quam enim divisum videtur in infinitum, sic appositum videbitur ad determinatum. In finita enim magnitudine si accipiens aliquis determinatum accipiat eadem ratione, non eandem aliquam magnitudinem rationem accipiens, non transibit finitum. Si vero sic augmentat rationem ut semper eandem aliquam sit accipere magnitudinem, transibit propter id quod omne finitum terminatur quolibet finito. Aliter quidem igitur non est, sic autem est infinitum potentia et divisione et actu est, sicut dicimus esse diem et agonem; et potentia sic sicut materia et non per se sicut finitum. Et secundum appositionem igitur sic infinitum potentia est, quod eidem non per se sic dicimus quodammodo est ei quod est secundum divisionem; semper enim aliquid ipsius extra est accipere, non tamen excellet omnem determinatam magnitudinem, sicut in divisione excellit omne determinatum et erit minus. Quare excellere non est secundum appositionem neque potentia possibile est ut sic sit[illegible]

secundum additionem actu infinitum sicut dicunt phisiologi esse corpus quod extra mundum
cuius substantia est aer aut aliud huiusmodi sed si non possibile est esse
corpus sensibile actu sic manifestum quod neque potentia utique erit secundum appositionem
Sed aut sicut dictum est econtrario divisioni. quoniam et Plato propter hoc
infinita duo fecit quia et in augmentum videtur excellere et in infinitum
abire et ad indeterminatum faciens tamen duo non utitur duobus utique neque
enim in numeris est quod secundum divisionem est infinitum unitas enim minimum est neque
in augmentum. usque namque decem facit numerum.

Accidit autem contrarium esse infinitum quoniam sicut dicunt. non enim
cuius nichil est extra sed cuius semper aliquid est extra hoc
infinitum est Signum autem et namque anulos infinitos dicunt ut habentes
cavitationem quia semper est extra accipere secundum similitudinem quandam dicentes
tamen non tamen proprie. oportet autem et hoc esse et non aliquando idem accipi
in circulo autem non sic fit sed semper quod est consequenter solum alterum
Infinitum quidem igitur hoc est cuius secundum quantitatem accipientibus semper
est aliquid accipere extra. Cuius autem nichil est extra hoc perfectum est et totum
Sic enim diffinimus totum cui nichil abest ut hominem totum aut archam
Sicut autem singulare sic et quod proprie velud hoc cuius omnino nichil est extra
cuius autem absentia extra est non omne cui absit. totum autem et perfectum aut idem
omnino aut propinqua secundum naturam. perfectum autem nullum non habens finem
finis autem terminus est Unde melius opinandum Parmenidem Melisso
dixisse. hic quidem enim infinitum totum dicit. ille autem totum finitum. totum autem
simile a medio equale pugnans. non enim sicut linum lino est coni-
ungere omni et toti infinitum. Unde hec accipiunt dignitatem de infinito
quod est omnia continens et omnia in seipso habens propter id quod habet
~~habet~~ similitudinem quandam cum toto. est enim infinitum perfectionis materia
materia et quod potentia totum. actu vero non. divisibile autem et ad consu-
mationem et ad conversam appositionem. totum autem et finitum non secundum se sed secundum
aliud. et non continet sed continetur inquantum infinitum est. Unde ignotum
inquantum est infinitum est speciem enim non habet materia Ergo manifestum

quam magis in partibus racio sit infinitum quam in totius partis enim materia tot
sicut es statue, quoniam si contingit in sensibilibus et intellectualibus magnitudinem et
paruum contingit omne infinita, inquirendum est quale ignotum et indeterminatum

Eandem racionem autem accidit materie continue et determinate,

et quod secundum apposicionem non est videri infinitum sic ut omnem excel
lat magnitudinem in divisione autem esse contingit, omne enim sicut ma
et in infinitum intus autem contingit speciem Racionabile autem est et in
numero quidem ad minimum esse terminum ad plus autem semper omnem excellere multitudinem
in magnitudinibus autem e contrario in minus quidem excellere omnem minorem in ma
gnitudinibus autem e contrario in maius quidem excellere omnem magnitudinem sed non
in maius non esse magnitudinem infinitam Causa autem est quia unum est
indivisibile quodcumque unum sit ut homo unus homo et non multi, numerus autem
est unum plura et quedam quare necesse est stare ad indivisibile duo
namque et tria denominativa nomina sunt similiter et aliorum numerorum unumquodque
in plus autem semper est intelligere, infinite enim sunt divisiones mag
nitudinis quare potentia quidem est actu autem non sed semper excellit acce
ptum omnem multitudinem determinatam sed non separabilis hic numerus dichoto
miam movet infinitas sed sit semper sicut tempus et numerus temporis In ma
gnitudinibus autem contrarium est dividitur enim in infinitum continuum, in maius autem non
est infinitum, quantum enim contingit potentia esse et actu contingit tantum
esse, quare quoniam infinita est nulla magnitudo sensibilis non contingit
non contingit omnis excellencia esse magnitudinis determinate esset
enim utique aliquid celo maius Infinitum autem non idem est in motu
et magnitudine et tempore tanquam una natura sed plus dicitur et secundum prius
ut motus quidem quia prior est magnitudo in qua movetur aut alteratur aut
augmentatur tempus autem quia motus nunc quidem enim utimur hiis prius
autem temptabimus dicere et quid est unumquodque et quod omnis magnitudo
sit in magnitudines divisibilis Non removet autem racio hec naturalis ma
thematicos a consideracione auferens sic esse aliquid infinitum ut actu sit in augmentacione
[illegible] indivisibile neque enim sic indigent infinito neque enim utuntur sed solum

esse quantumcumque volunt finitum maxime autem magnitudinem secundum eandem mathematicam
rationem quantamcumque magnitudinem sit alteram. Quare ad demonstrandum
nihil quidem illos nihil differt, aut in existentibus est magnitudinibus. Quoniam autem
cause divise sunt quadrupliciter manifestum quod sicut materia infinitum causa est, et
quod esse quidem ipsi privatio est, et per se subiectum continuum et sensibile est. Videntur
autem et alii omnes sicut materia uti infinito. Unde inconveniens est continere ipsum
Reliquum autem aggredi secundum quas rationes videtur infinitum esse non solum
infinitum, et videtur non solum potentia sed sicut determinatum. Aliquid aliud
quod corporis non necessaria sunt, alia vero habent quasdam veras alias contrarietates.
Neque enim ut generatio non deficiat necessarium est infinitum actu sensibile corpus
Contingit enim alterius corruptionem alterius autem generationem, cum omne finitum sit.
Amplius tangere et finitum alterum est. Hoc quidem enim ad aliquid et cuiusdam
tangit enim omne aliquid, et finitum autem accidit finito aliquid non ad
aliquid. Neque tangere contingit contingens quodlibet. Intelligentie autem credere inconveniens est.
Non enim in re habundantia et defectus est sed in intelligentia. Utrumque enim
nostrum intelliget aliquis multiplum seipso augmentans in infinitum. Sed non
propter hoc extra intelligentiam aliquid est, aut extra talem magnitudinem quam
habemus intelliget aliquis, sed quoniam est accidit hoc. Tempus autem et mo-
tus infinita sunt et intelligentia non permanente accepto. Magnitudo autem neque
divisione neque intelligibili augmentatione infinita. Sed de infinito
quidem quid est et quid non est et quid est dictum est.

Phisicorum liber quartus

Similiter autem necesse est physicum de loco sicut et de infinito
considerare si est et quid est et quomodo est et ca... Omnes enim
opinantur alicubi esse que sunt, quod enim non est nusquam
est. Ubi enim est tragelaphus aut sphinx? Et de motu
qui communis maxime et magis proprius secundum locum est, quem vocamus
loci mutationem. Habet autem multas dubitationes quid forte sit locus.
Non enim idem videtur considerantibus ex omnibus que insunt. Amplius

Quid [illegible]

aut neque habemus nichil ab aliis neque predubitatum neque bene expe-
ditum de hoc. Quod quidem igitur sit locus videtur ex transmutatione manifestum.
Ubi nunc est aqua, hinc exeunte sicut ex vase iterum aer inest. Quandoque
autem eundem locum habent aliquod aliud corporum detinet hoc ab
hiis que insunt et transmutantur alterum omnibus esse videtur. Enim in quo
est aer nunc, aqua prius in hoc erat. Quare manifestum quod locus
erat aliquod et receptabulum alterum ab utrisque in quod et ex quo

Amplius autem [illegible]

mutatum est. Amplius autem loci mutationes physicorum corporum et simpli-
cium ut ignis et terre et talium non solum ostendunt quod aliquid est
locus sed quia et habeat quandam potentiam. Locus fertur enim unumquodque

Amplius vacuum [illegible]

in suum locum non prohibitum, hoc quidem sursum, illud autem deorsum. Hec
autem sunt loci partes et species sursum et deorsum et reliqua sex distantiarum.
Sunt autem huiusmodi non solum quo ad nos dextrum et sinistrum, sursum et deorsum
nobis. Que enim non semper sed secundum positionem quocumque vertimur sic fit
quod idem dextrum et sinistrum est et sursum et deorsum et ante et retro.
In natura autem determinatum est seorsum unumquodque. Non enim quod
contingit sursum, sursum est, sed ubi fertur ignis et leve. Similiter
autem deorsum non quod contingit, sed ubi habentia gravitatem et
terrea, tanquam non positione solum differentia sed potentia. Ostendunt autem et
mathematica; cum enim non sint in loco, tamen secundum positionem ad nos ha-
bent dextra et sinistra, quare solum est intelligere positionem, non habent
natura horum unumquodque. Amplius vacuum affirmantes esse dicunt autem
vacuum enim erit utique locus privatus corpore. Quod quidem igitur sit aliquid
locus preter corpora et omne corpus sensibile in loco per hec aliquis
conspiciat. Videbitur autem et Hesiodus recte dicere faciens primum chaos.
Dicit quidem igitur omnium primum chaos factum, postea vero terra lata,
tanquam oportet primum esse receptacula hiis que sunt propter illud
quod opinati sunt quemadmodum multi omnia alicubi et in loco esse. Si autem
huiusmodi est mirabile quid utique potentia loci et prima omnium; sine quo neque
aliorum nullum est, illud autem sine aliis necesse esse primum. Non enim perit locus

hiis que in eo sunt corruptis
t vero sed habet defectum si est quid est. verum est moles a(ut)
corporis aut quecumque alia natura querendum enim genus ipsius primum
distantias quidem igitur habet tres longitudinis latitudinis et profunditatis quibus
determinatur corpus omne impossibile autem est esse corpus locum in eodem enim utique
essent duo corpora Amplius si vere corporis locus est receptaculum manifestum
quod superficiei erit et reliquorum terminorum eadem enim congruet ratio ubi enim neque
prius aque plana erant erunt rursum aeris At vero differentiam
neque unam habemus puncti et loci puncti. quare si neque huius est locus
alterius. alterum. neque aliorum nullius. neque est aliquid preter unumquodque
ipsorum locus Quid enim utique et ponemus esse locum neque elementum enim neque
ex elementis est huiusmodi neque corporeorum neque incorporeorum magnitudinem
enim quidem habet corpus autem nullum Adhuc autem sensibilium quidem cor
porum elementa corporea ex intelligibilibus autem elementis nulla ma
gnitudo fit Amplius autem et cui utique ponat aliquis que sunt causam
esse locum neque enim una causa inest ipsi de quatuor neque enim sicut
materia eorum que sunt neque enim ex ipso constituta sunt neque sicut species
et ratio ipsorum que sunt neque sicut finis neque sicut movens ea que sunt
Amplius et ipse si est aliud ipsorum que sunt alicubi erit Zenonis
enim dubitatio querit quandam rationem si namque omne quod est in loco
est manifestum quod et loci locus erit et hoc in infinitum procedit Amplius
sicut omne corpus in loco est sic et in omni loco corpus. quid igitur
dicemus de hiis que augmentantur. necesse ex hiis simul augmentari
locum cum ipsis. neque enim maior neque minor locus est unoquoque
Propter hoc quidem igitur non solum quid est sed si est dubitare necesse est
Quoniam autem aliud quidem secundum se aliud vero secundum aliud dicitur
et locus alius quidem communis in quo omnia corpora sunt alius
vero proprius in quo primo Dico autem quod communis quidem
in celo es quia in aere hic autem in celo et in aere quia in terra similiter autem et
in aqua quia in hoc loco qui continet nichil plus quam te si igitur

Locus non est aliquid [illegible] quatuor causis

Aristoteles dicit [illegible] de quiditate loci et primo [illegible] locus sit [illegible] et forma

[illegible] locus [illegible] et locus [illegible]

Aristoteles arguit quod locus [illegible] forma [illegible]

est locus primum continens uniuscuiusque corporum. Terminus quidem utique erit. quare
videtur species et forma uniuscuiusque locus esse quo determinatur magnitudo
et materia magnitudinis. hoc enim est uniuscuiusque terminus. Sic igitur quidem consi-
derantibus locum locus uniuscuiusque species est. Secundum autem quod videbitur esse locus
distantia magnitudinis materia est. hec namque altera est a magnitudine.
hec autem est contenta sub specie et diffinita. sicut sub plano et termino.
Est autem materia huiusmodi et infinitum. Cum autem removeatur terminus et passiones spere
nichil relinquitur preter materiam. Unde et plato materiam et locum idem dicit
esse in Thimeo. receptivum enim et locum unum idem dicit. Aliter vero ibi
idem dicens receptivum et in dictis non scriptis dogmatibus sed lo-
cum et receptivum idem retulit. Dicit quod enim esse aliquid locum
quid autem est hic solus conatus est dicere. Merito autem ex hiis inten-
dentibus videtur utique difficile cognoscere quid est locus. siquidem horum quod-
cumque est sive materia sive species. hec enim altissimam habent speculationem
et sine invicem et non facile cognoscere ipsa. At vero quod impossibile sit quod
horum sit locum non difficile est videre. species enim non separantur a re. locum
autem contingit. in quo namque aqua erat in hoc iterum aer sicut diximus
prius sit transmutatis ad invicem aere et aqua et aliis corporibus
similiter. Quare neque pars neque habitus sed separabilis est ab unoquoque.
et videtur enim huiusmodi aliquid et ut vas etenim vas locus transmu-
tabilis. Vas autem nichil est rei continens secundum quod igitur quod separabilis est
a re sit quidem non est species. secundum autem quod continet sit quidem alterum
a materia. Videtur autem semper quod est alicubi ipsum esse aliquid et alterum
aliquid extra ipsum. Platoni igitur dicendum est si oportet digredientes dicere
quare non in loco species et numeri sunt. si locus vere participativum est locus
sive magno et parvo existente sive materia ut in Thimeo scripsit. Am-
plius quomodo ferentur in suum locum si locus esset materia aut species. Impossibile
enim cuius non est motus neque sursum aut deorsum locum esse. quare que-
rendus in huiusmodi locus est. Si autem in ipso locus est oportet enim siquidem
aut forma aut materia est erit locus in loco. transmutatur enim simul ac re

et remouentur et species et infinitum. non semper enim in eodem sed ubi utique
eos. quare loci erit locus Amplius cum ex aere fit aqua amissus
est locus si quidem species mouetur Non enim in eodem loco quod fit corpus que
igitur corruptio ex quibus igitur necessarium est locum et aliquid et utrumque
ex quibus utique dubitabit aliquis de substantia ipsius dictum est.

Post hec autem accipiendum est alio quid dicitur uno quidem
igitur modo sicut digitus in manu et omnes partes in toto
Alio vero modo sicut totum in partibus. non enim preter est totum
Alio modo sicut homo in animali et omnino species in genere Alio vero
sicut genus in specie et omnino partes speciei in speciei ratione Adhuc aut
sicut sanitas in calidis et frigidis et omnino species in materia Adhuc sicut
in rege grecorum res et omnino motum in primo motiuo Amplius
sicut in optimo et omnino in fine hoc autem est cuius causa fit Omnium
autem maxime proprium est sicut in vase et omnino in loco Et dubita
bit autem aliquis utrum unum et idem aliquid esse in seipso contingit
aut nihil et si omnia aut plus secundum aut in alio esse Dupliciter
autem hoc est aut secundum se aut secundum alterum cum enim sint que partes
totius et hoc in illis et illa in hoc dicitur totum in seipso dicitur autem et
secundum partes ut albus quia superficies alba et sciens quia rationale
Amphora quidem enim igitur non erit in seipsa neque vinum Vinum
autem amphora erit quod nam est et in quo est utraque cuiusdem
partes sunt. sic quidem igitur contingit idem aliquid esse in seipso
Primum autem non contingit ut album in corpore. superficies enim in corpore
scientia enim in anima. secundum hoc autem sunt appellationes in partibus sunt sicut in hoc
Amphora autem et vinum cum seorsum sunt non partes sunt cum simul quod cum
sint partes erit idem in seipso. ut album in homine quoniam in corpore et in
hoc quoniam in superficie In hoc autem amplius non secundum aliud et aliud ipse
hec sunt et altera natura habet unumquodque et pacientia simpliciter
sitatis et Neque igitur inductive considerantibus nihil in seipso
videmus secundum nullum determinatorum modum Et ratione manifestum est

Amplius

Et dubitabit

Aristoteles probat quod idem non est in seipso primo ...

quia impossibile est. Oportet enim utraque utrumque esse quod amphoram vas
quod et in vino esse vinum aut vinum et amphoram. Si vero secundum maxime con-
tingit et ipsum in seipso esse. Quod si quidem maxime in alterutrum
esset amphora quidem accipiet vinum non secundum quod vinum sed illud
illa et vinum inerit in amphora non in ipsum amphora quia secundum
secundum quod est id amphora. Secundum quidem igitur quod alterum sit manifestum
est. Alia namque est ratio eius quod in quo et alia illius quod in hoc.
At vero neque secundum accidens contingit. Simul enim duo corpora in eodem
erunt. Ipsa enim amphora in seipsa erit si cuius natura receptiva est
hoc contingit in seipso esse. Et adhuc illud cuius receptivum est ut si
vini vinum. Quod quidem igitur impossibile sit aliquid in seipso primo
manifestum est. Quod autem Zeno opposuit quod si locus est aliquid in aliquo
erit solvere non est difficile. Nihil enim prohibet in alio esse primo
locum non tamen in illo sicut in loco sed sicut sanitas quidem in calidis et
humidis. Aut in corpore est sicut passio. Quare non necesse est in infinitum
abire. Istud autem manifestum quoniam nihil est vas eius quod est in ipso
alterum enim primo et quod est et in quo est. Propter quod non erit
utique materia neque species locus sed alterum. Illius enim aliquid hoc et
materia et forma. Hec quidem igitur sunt opposita.

Quid autem sit fortassis locus sic fiat utique manifestum. Accipiamus
autem de ipso quecumque videntur vere secundum ipsum inesse ipsi.
Dignificamus igitur locum esse primum quod continet illud cuius locus
et nihil esse rei. Amplius primum neque maiorem neque minorem esse.
Adhuc autem neque deficere unumquodque et separabilem. Adhuc autem
omnem locum habere sursum et deorsum et ferri natura et manere unumquodque
corporum in propriis locis. Hoc autem facere aut sursum aut deorsum. Sup-
positis autem hiis reliqua consideranda sunt. Oportet autem temptare sic facere
intentionem ut quid sit reddatur et quecumque opposita sunt solvantur et illa
que videntur loco inesse insint. Amplius difficultatis et eorum circa
locum manifesta erit. Sic igitur et utique pulcherrime demonstratur unumquodque

Primum quidem igitur oportet intelligere quod non quereretur locus nisi motus
aliquis esset secundum locum. propter hoc enim et celum maxime in loco esse
opinamur quod semper in motu est. Huius autem aliud quidem est loci
mutatio, aliud vero augmentum et decrementum. et namque in augmento
et decremento transmutatur quod prius hic erat iterum transmutatur
in minus aut maius. Est autem quod movetur aliud quidem per seipsum
actu, aliud vero secundum accidens. et alia quidem contingentia sunt moveri
per se ut partes corporis et in navi clavus. alia vero non per se contin-
gentia, sed semper secundum accidens ut albedo et scientia. hec enim sic trans-
mutant locum quia in quo sunt transmutatur. Cum autem dicimus esse
sicut in loco in celo, quia in aere. hic autem in celo et in aere. autem
non omni sed propter ultimum ipsius et continens in aere esse dicimus
si enim omnis aer locus non equalis erit unusquisque locus et unum-
quodque locatum. Videtur autem utique primum in quo est. Cum quidem igitur
non divisum sit continens sed continuum, non dicitur esse ut in loco sicut in
loco, sed sicut pars in toto. Cum vero divisum sit et contactum, in primo
quodam ultimo continentis quod neque pars est ipsius quod est in ipso
neque maius distantia sed equale. in eodem enim ultima tangentium
cum continuum sit, quidem non in illo movetur sed cum illo. Divisum autem
in illo et sive moveatur continens sive non nihilominus. Amplius cum
non divisum sit sicut pars in toto dicitur sicut in oculo visus et in cor-
pore manus. Cum autem divisum est ut in cado aqua et in vase vinum.
Manus enim quidem cum corpore movetur, aqua autem in cado.

Iam igitur manifestum ex hiis quid locus vere est. Fere quatuor sunt quorum
necesse est locum unum aliquod esse. Aut enim forma aut materia
est aut spatium aliquod in medio extremorum, aut extrema si non
est spatium nullum preter corporis interpositi magnitudinem. Horum autem
quod tria non contingit esse manifestum est. Sed propter illud quod continet
videtur forma esse. In eodem enim sunt extrema continentis et contenti.
Sunt igitur utique termini sed non eiusdem sed species quidem rei

locus aut[em] continentis corporis Adhuc ex eo q[uod] mutat[ur] intus manente
continente contentu[m] et divisu[m] quia ex vase aqua [et] mediu[m] esse
aliquid vide[tur] spaciu[m] tanq[uam] aliquod sit preter corpus quod transit
Hoc aut[em] non est sed contingens incidit corpus eor[um] que transferunt
et que se apta nata sunt contingere Si aut[em] esset spaciu[m] aptum
natu[m] et manens in eodem loco infiniti utiq[ue] essent loci transmutante
eni[m] aere et aqua idem faciunt omnes partes in toto q[uo]d quidem omnis
aqua in vase Simul aut[em] erit locus transmutabilis quare erit loci
alius locus et multi loci erunt simul Non est aut[em] alius locus partis
in quo movet[ur] cu[m] totu[m] vas transmutat[ur] s[ed] idem in quo eni[m] est mu-
tatur aer aut aqua aut partes aque s[ed] non in quo fiunt loco
que pars est loci que est locus totius celi Et materia utiq[ue] videt[ur]
esse locus sicut quiescente aliquis considerat et non separato
sed continuo. sicut eni[m] si alteratur utiq[ue] quod nunc est album oli[m]
aut nigru[m] et nunc quidem durum olim aut[em] molle unde dicimus aliquid
esse materiam sic et locus per talem quandam videt[ur] esse fantasiam
veniens de quoda[m] eni[m] nunc quod est aqua prius erat aer. locus
aut[em] quia ubi nunc est aqua ibi erat aer. s[ed] materia quod sic dictum
est in corporibus non divisa est a re neq[ue] continet locus aut[em] utrumq[ue]
Si igitur nichil horu[m] tunc locus est neq[ue] species neq[ue] materia neq[ue] spa-
ciu[m] aliquod quod semper est alteru[m] preter illud quod est rei distantis
necesse locu[m] esse reliquum quatuor horu[m] terminu[m] continentis corporis Dico
aut[em] contentu[m] corpus quod mo[vetur] s[ecundu]m loci mutatione[m] videt[ur] eni[m] ma-
gnu[m] aliquid et difficile accipi locus et propter hoc quod apparet materia
et forma et propter hoc quod quia in quiescente et continente fit transmu-
tatio eius quod fertur contingere eni[m] videt[ur] spaciu[m] mediu[m] aliquod aliud
a motis magnitudinibus Proficit aut[em] aliquid et aer apparens incor-
poreus esse Videt[ur] eni[m] non solu[m] termini vasis esse locus s[ed] aliud
mediu[m] quod tanq[uam] vacuum Est aut[em] sicut vas locus transmutabilis sic
locus vas immobile unde cu[m] quid in eo quod movet[ur] moveat[ur] et mutet[ur]

quod intus est ut in flumine navis tanquam vase utitur magis quam loco
continenti. Vult autem immobilis esse locus. Unde omne flumen ma-
gis locus est quia immobile sic quare terminus continentis immobi-
primus hic est locus. Et propter hoc medium celi et ultimum ad nos circu-
laris lationis locus videtur esse hoc quidem sursum aliud vero deor-
sum maxime omnibus proprie quia hoc quidem semper manet, circulo enim
ultimo sic se habens manet. Quare quoniam leve quidem sursum fertur
natura, quod vero grave deorsum, quod quidem enim ad medium
continens terminus deorsum est etiam medium, quod vero ad ultimum sursum est
et ultimum ipsum. Et propter hoc planum videtur esse quoddam et sicut
vas locus continens. Amplius simul cum re quoniam locus est simul

Ui quidem igitur corpori / enim finibus est et locus
inest aliquod extra corpus continens ipsum hoc in loco est,
cui vero non minime. Unde et si aliqua fiat huius partes quidem mo-
ventur ipsius. Continentur enim ab invicem, omne autem est tanquam
movebitur, est autem tanquam non. Sic quidem enim tota simul lo-
cum non mutat circulariter autem movebuntur, partium enim hic locus. Et sur-
sum quidem et deorsum non circulariter autem quedam, alia vero sursum et deor-
sum quecumque habent densitatem et raritatem. Sicut autem est
alia quidem sunt in loco secundum potentiam alia vero secundum actum. Unde cum
quidem continuum sit quod est similium partium secundum potentiam in loco partes
sunt, cum autem separata quidem sit, tangit autem sicut cumulus, secundum actum.
Sunt et alia quidem per se ut omne corpus quod secundum locum motum aut aug-
mentum mobile aliquid per se. Celum autem sicut dictum est non est alicubi
totum neque in aliquo loco est, siquidem nullum continet ipsum corpus. Sed
autem quo movetur sic et locus est partibus. Alia enim ab alia habita partium est.
Alia vero secundum accidens ut anima et celum. Partes enim in loco quodam-
modo omnes sunt; in orbe enim continet [illegible] alia aliam. Unde movetur
circulariter sursum quidem est. Omne autem non alicubi; quod enim alicubi ipsum
est aliquid et adhuc aliud oportet esse [illegible] preter hoc in quo quod continet

Aristoteles infert quod omne locatum quod sit [illegible]

extra totum autem et omne nichil est et propter hoc omnia in celo celum
enim quod omne fortassis Est autem locus non celum sed celi quod
ultimum et tangens mobilis corporis terminus quiescens et propter hoc
quod terra in aqua hec vero in aere hic autem in ethere ether
vero in celo celum autem non amplius in alio

Manifestum autem ex hiis quoniam ad dubitationes omnes solvuntur
sic est utique dicto loco neque enim simul augmentari necesse
est locum neque punctum esse locum neque duo corpora in eodem loco
neque spatium aliquod esse corporeum locum medium enim corpus quodcumque
sed non spatium corporis Et est locus alicubi non sicut in loco sed
sicut terminus in finito Non enim omne quod est in loco est sed
mobile corpus adfertur igitur in suum ipsius locum unumquodque rationabiliter
cum enim consequenter quodcumque tangitur non in proximum est et simul
apta nata impassibilia sunt que vero tanguntur activa et passiva
sunt ad invicem Et manet igitur natura in proprio loco unumquodque
rationabiliter et namque hec pars in toto loco sicut divisibilis
pars ad totum est ut cum quis aliquam moveat partem aque aut
aeris sic autem aer se habet ad aquam ut materia hic autem ut species
aqua quidem materia aeris aer autem sicut actus quidam ipsius aqua enim
potentia est aer aer vero potentia est aqua alio modo determinandum
autem de hiis posterius sed propter tempus necesse quidem dicere
mente autem nunc dictum est tunc erit certius Si igitur idem materia
et actus aqua enim utrumque sed hec quidem potentia illud vero actu
habebit utique sicut pars quedam ad totum Unde de hiis tactus
inest copulato cum utraque actu unum fiat et in loco quidem et quoniam

Aristoteles solvit rationes argumenta antiquorum que videbantur probare locum non esse

Eodem autem modo accipiendum est et quid est dictum est
est physici considerare de vacuo et si est aut non
et quo est et quid est sicut de loco et namque similem habet incre-
dulitatem et fidem per ea que opinantur ut enim quidam locum et vacuum
vacuum ponunt dicentes Videtur autem esse plenum quod cum habet

[illegible]

molem cuiq(ue) susceptiu(m) est. cu(m) vero privatu(m) est vacuu(m) talis quid(em) id
sit vacuu(m) et plenu(m) et locus &c at ip(s)is no(n) idem. Incipe aut(em) op(ortet)
consideracio(n)em accipientes que dicunt affirmantes &c et iterum que di-
cunt affirmantes non esse. Et tertio co(mmun)es opiniones de ipsis.
Alii quid(em) igitur tentantes monstrare quia no(n) est no(n) q(uod) homines volunt
dicere hoc arguunt sed peccantes dicunt sicut Anaxagoras et qui
hoc modo arguunt. Demo(n)strant enim q(uod) aliquid est aer lugatos per
utres et demonstrantes q(uod) aer fortis est et accipientes in clep-
